



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XVIII. De cognitione primi hominis. Et habet articu. octo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

AD VI. Dicendum, quod licet in ratione naturali sit, unde possit procedi ad contrarium eius quod erronea conscientia dicitur, siue sit error circa indifferentiam, siue circa per se mala, tamen actu ratio naturalis non dicitur contrarium: si enim diceret contrarium, non erraret conscientia.

AD SEPTIMUM dicendum, quod quamuis opus indifferens quantum in se est, ad utrumlibet se habeat: tamen cum quis existimat hoc opus cadere sub peccato, efficitur non indifferens propter suam estimationem.

AD VIII. Dicendum, quod ille qui habet conscientiam facienda fornicationem, non est simpliciter perplexus, quia potest aliquid facere, quo factum non incidit in peccatum, scilicet conscientiam erroneam deponere: sed perplexus secundum quid, scilicet conscientia erronea manente, & hoc non est inconueniens, ut aliquo supposito homo peccatum uitare non possit: si uero supposita intentione inanis gloriae, ille qui tenetur elemosinam dare, peccatum uitare non potest. si enim dat ex tali intentione, peccat: si uero non dat, transgressor est.

AD IX. Dicendum, quod quando conscientia erronea dicitur aliquid faciendum, dicitur illud sub aliqua ratione boni, uel quasi opus iustitiae, uel temperantiae, & sic de aliis. & ideo transgressor incurrit in uitium contrarium illi uirtuti, sub cuius specie conscientia illud dicitur, uel si dicitur illud sub specie diuini precepti, uel alicuius prelati tantum, incurrit peccatum inobedientiae conscientiam transgrediens.

ARTICVLVS V.

Utrum conscientia in indifferentibus plus liget, quam preceptum prelati, uel minus.

QVINTO quaeritur, utrum conscientia in indifferentibus plus liget, quam preceptum prelati uel minus. & uidetur quod minus. Subditus enim religiosus uouit obedientiam prelato: sed tenetur uotum reddere. Psalms. quinto. Vouete & reddite. ergo uidetur quod tenetur prelato obedire contra conscientiam, & ita magis prelato, quam conscientiae.

¶ 1. Prater. Prelato semper est obediendum in his, quae non sunt contra Deum: sed in indifferentia non sunt contra Deum. ergo in eis tenetur obedire prelato, & sic idem quod prius.

¶ 2. Prater. Potestati superiori magis est obediendum, quam inferiori, ut habetur in glossa Rom. sed anima prelati est superior, quam anima subditi. ergo magis ligatur subditus ex prelati imperio, quam ex conscientia propria.

¶ 3. Prater. Subditus non debet iudicare de precepto prelati: sed magis prelatus de actibus subditi, iudicaret autem subditus de precepto prelati, si propter suam conscientiam ab eius precepto recederet. ergo quantumcunque conscientia dicitur in indifferentibus, magis est standum precepto prelati.

SED CONTRA, uinculum spirituale fortius est quam corporale, & intrinsecum quam extrinsecum: sed conscientia est uinculum spirituale intrinsecum, prelatus autem uinculum corporale, & extrinsecum. ut uidetur, quia per temporalem dispensationem omnis prelatio agit. unde, cum ad eternitatem uentum fuerit, euacuabitur, ut habetur in gl. i. Corin. 13. ergo uidetur quod magis est obediendum conscientiae, quam prelato.

RESPON. Dicendum, quod huius questionis ratio satis ex his, quae dicta sunt, potest apparere. dictum est enim supra, quod conscientia non ligat, nisi vi precepti

A diuini, uel secundum legem scriptam, uel secundum legem naturae inditam. Comparare igitur ligamen conscientiae ad ligamen quod est ex precepto prelati, non est aliud quam comparare ligamen precepti diuini ad ligamen precepti prelati. Unde, cum preceptum diuinum obliget contra preceptum prelati, & magis obliget quam preceptum prelati, conscientiae ligamen erit maius quam ligamen precepti prelati, & conscientia ligabit, precepto prelati in contrarium existente, si hoc diuersimode se habet in conscientia recta & erronea. Conscientia enim recta simpliciter, & perfecte contra preceptum prelati obligat.

B simpliciter quidem, quia eius obligatio non potest, cum sine peccato deponi non possit talis conscientia: perfecte autem, quia conscientia recta non solum hoc modo ligat, ut ille, qui eam sequitur, peccatum non incurrat: sed ut ille, qui eam sequitur, sit immunis a peccato, quantumcunque prelati preceptum sit in contrarium: sed conscientia erronea ligat contra preceptum prelati in indifferentibus secundum quid, & imperfecte. Secundum quid, quia non obligat in oem euentum: sed sub conditione suae durationis: potest enim aliquis & debet talem conscientiam deponere. Imperfecte autem, quia ligat quantum ad hoc, quod ille, qui eam sequitur, peccatum non incurrit: non autem quantum ad hoc quod ille, qui eam sequitur, peccatum uitet, cum preceptum prelati est in contrarium, si tamen ad illud indifferens preceptum prelati obliget. in tali enim casu peccat siue non faciat, quia contra conscientiam agit, siue faciat, quia prelato inobediens est. Magis autem peccat, si non faciat conscientia durante, quod conscientia dicitur, cum plus liget quam preceptum prelati.

C AD PRIMVM ergo dicendum, quod ille qui uouit obedientiam, tenetur obedire in his, ad quae bonum obedientiae se extendit, nec ab ista obligatione absoluitur per errorem conscientiae: nec necum a conscientiae absoluitur ligamine per istam obligationem, & ita manet in eo duplex contraria obligatio. Quarum una scilicet quae est ex conscientia est maior, quia intensior, minor, quia solubilior: alia uero e contrario. Obligatio enim illa, quae est ad prelatum, solum non potest, sicut conscientia erronea deponi potest.

D AD II. Dicendum, quod quamuis opus illud per se sit indifferens: tamen ex dictamine conscientiae fit non indifferens.

AD III. Dicendum, quod quamuis prelatus sit superior subdito; tamen Deus, sub cuius precepti specie ligat conscientia, est maior quam prelatus.

AD IIII. dicendum, quod subditus non habet iudicare de precepto prelati: sed de impletione precepti quae ad ipsum spectat. Vnusquisque enim tenetur actus suos examinare ad conscientiam, quam a Deo habet, siue sit naturalis, siue acquisita siue intuita; omnis enim homo debet secundum rationem agere.

QVAESTIO XVIII.

De cognitione primi hominis in statu innocentiae.

In octo articulos diuisa.

¶ Primo, Utrum homo in statu innocentiae cognouerit Deum per essentiam.

¶ Secundo, utrum homo in statu innocentiae per creaturas uiderit Deum.

¶ Tercio,

- ¶ Tertio, Vtrum Adam in statu innocentie si- dem de Deo habuit.
- ¶ Quarto, Vtrum Adam habuit in statu innocen- tie omnium creaturarum notitiam.
- ¶ Quinto, Vtrum Adam in statu innocentie vi- derit angelos per essentiam.
- ¶ Sexto, Vtrum Adam in primo statu errare, siue decipi potuit.
- ¶ Septimo, Vtrum pueri qui ex Adam nasceren- tur, plenam rerum omnium notitiam habuissent, sicut Adam habuit.
- ¶ Octavo, Vtrum pueri mox nati in statu inno- centie usum plenarie rationis habuissent.

ARTICVLVS PRIMVS.

trum homo in statu innocentie cognouit Deum per essentiam.



VÆSTIO est de cognitione primi hominis in statu innocentie: & primo queritur, vtru in statu illo cogno- uerit Deum per essentiam. & videtur quod sic, dicitur n. Magister in 4. Sent. dist. 1. quod homo ante peccatum Deum sine me- dio uidit: sed uidere Deum sine medio, est uidere Deum per essentiam, ergo in statu innocentie ui- dit Deum per essentiam. Sed dicendum, quod Ma- gister intelligit quod uidit sine medio quo ad nul- lum culpae, non autem sine medio creaturae.

Ibidem:

¶ 2 Sed contra, est quod Magister ibidem dicit, quod quia nos per medium Dei uidemus, oportet quod ex uisibilibus creaturis ad eum deueniamus. ergo uidetur quod intelligat de medio crea- turæ: sed uidere sine medio creaturæ, est uidere p- essentiam, ergo &c.

Ordinaria & interlinea. simul.

¶ 3 Præter. Philip. 4. dicitur quod Pax Dei quæ exuperat omni sensum &c. hoc intelligitur de pace quæ Deus facit in patria in beatis, quod gl. ibid. sic exponit, omnem sensum. i. intellectum nostrum, non eorum quæ semper uidet faciem patris, ex quo habet quod pax siue gaudium beatorum excedit intellectum om- nis illius qui gaudio illo non perficitur: sed Adā in innocentia gaudia beatorum uidit, unde dicit Gre.

Greg. 4. dialo. in primo.

4. Dial. homo peccando extra seipsum solus illa iā caelestis patrie gaudia quæ prius contemplare sole- bat uidere non poterat, ergo Adā in illo statu gau- dio caelestis patrie fruebatur.

Li. 1. de fa- cra. parte 6. cap. 14.

¶ 4 Præter. Hugo de sancto Vict. dicit, quod homo in statu illo cognoscebat creatorē suum ea cog- nitione qua tunc per presentiam contemplationis manifestius cernebatur: sed uidere Deū per presē- tiam contemplationis, est uidere ipsum personā, ut videtur Deū per essentiam Adā in statu illo uidit.

Cap. 11. to. 1.

¶ 5 Præter. Homo factus est ad videndum Deum: ad hoc enim fecit Deus rationalem creaturā, ut similitudinis siue particeps esset quæ in eius uisione consistit, ut habetur 1. Dist. 2. Sen. Si igitur in sta- tu innocentie Deum Adam per essentiam non ui- debat, hoc non erat nisi quia aliquod medium im- pediebat, non autem medium culpæ impediebat, quia tūc ab ea immunis erat, nec impediebat me- dium creaturæ, quia Deus est intimior rationali ani- mæ, quam qualibet creatura, ergo Adam in sta- tu innocentie uidit Deum per essentiam.

¶ 6 Præ. Sicut affectiua hominis non perficitur, nisi per summū bonum, ita cognitua non nisi per summū verū, ut patet in li. de Spiritu & Aīa: sed u- ni cuique inest desiderium suæ perfectionis, ergo Adā

F in primo statu desiderabat Deum per essentiam uidere: sed quicumque caret eo quod desiderat, de- fligitur, si igitur Adam tūc Deum per essentiam non uidebat, affligebatur, hoc autem est falsum, quia afflictio cum sit poena, culpam precedere non po- test, ergo Deum per essentiam uidit.

¶ 7 Præter. Anima hominis ita facta est ad Dei im- ginem, ut nulla interposita creatura ab ipsa prima ueritate formetur, ut dicitur in lib. de Spiritu & Ani- ma: sed imago manebat integra & pura in homi- ne in statu innocentie, ergo in ipsam summam ueritatem seruebatur nullo mediante, & ita Deum per essentiam uidebat.

¶ 8 Præter. Ad hoc quod aliquid uideamus in actu, nihil aliud requiritur, nisi quod species sit intelli- gibilis in actu per abstractionem a materia, & a co- ditionibus materiæ, quod pertinet ad intellectum agentem, & ut in intellectu recipiatur, quod per- tinet ad intellectum possibilem: sed essentia diuina est per se intelligibilis, ut potest omnino a mate- ria separata, est etiā anima ipsius hominis intima, cum in omnibus per essentiam Deus esse dicatur, cum igitur nullum esset impedimentum in ani- ma hominis in statu innocentie, uidetur quod Deum per essentiam uidebat.

¶ 9 Præter. Cum anima Adæ in statu innocentie ser- uer debito modo ordinata, non erat ratio superio- rius perfecta circa suum obiectum proprium, H quam inferior circa obiectum proprium: sed infe- rior ratio cuius est circa temporalia intendere, et p- sa temporalia immediate uidere poterat, ergo & ratio superior, cuius est eterna conspiciere, poterat immediate Deum per essentiam uidere.

¶ 10 Præter. Illud a quo fit aliquid inuisibile in actu immediate a sensu uiuus cognoscitur, scilicet illud, ergo illud a quo fit aliquid intelligibile actu im- mediate ab intellectu cognoscitur: sed non fit actu intelligibile aliquid ab aliquo, nisi in quantum est actu, & ita Deus cum solus sit actus purus, ipse est quo omnia intelligibilia fiunt, ergo intellectus ho- minis in primo statu Deum immediate uidebat, cum tunc nullum haberet impedimentum.

¶ 11 Præter. Dam. dicit, quod homo in statu inno- centie quā post statum peccati, sed uita uel beatitudo consistit in hoc quod Deus p- sentia uideat, ergo tunc per essentiam Deum uidebat.

¶ 12 Præter. Dam. dicit, quod homo tunc reue- rebatur fruitione diuina contemplationis, sicut angelus, sed angeli uident Deum per essentiam, ergo Adam in statu illo Deum per essentiam uidebat.

¶ 13 Præter. Natura hoīs erat perfectior in statu in- nocentie quā post statum peccati, sed aliquo post- statum peccati concessum est, ut Deū per essentiam uideret adhuc i hac uita mortali existens, sicut de Paulo & Moyse Aug. dicit sup. Gen. ad lit. & in li. de Vidēdo Deū, ergo multo fortius Adam in statu innocentie Deum per essentiam uidit.

¶ 14 Præter. Gen. 2. super illud, Misit Deus soporem in Adam, dicit gl. ex talis recte intelligitur ad hoc immisā, ut mens Adæ particeps angelice curæ, & intrans in sanctuarium Dei nouissima intelli- geret, ex quo uidetur quod sopor ille raptus quidam fuerit: sed illi qui rapiuntur Deum per essentiam uident, ergo & Adam.

¶ 15 Præter. Secundum Dam. Adā non tūc in ter- restri paradiso collocatus fuit, sed in spiritali: spiri- tualis aut paradiso, nihil aliud est quā beatitudo in uisione Dei per essentiam consistens, ergo de- ¶ 16 Præter. Aug. dicit 13. de ciuit. Dei, quod in statu

innocentiam non aberat quicquam, quod bona uoluntas adipisceretur, sed bona uoluntas hoc adipisci poterat, ut Deum per essentiam uideret. ergo hoc a primis parentibus non aberat. ergo, &c.

S E D **C O N T R A** est, qd dicit Aug. in i. de Trin. quod Dei uisio per essentiam est tota merces sanctorum: sed Adā in statu innocentiae beatus non erat. ergo Deum per essentiam non uidit.

¶ 2 Præ. Bernar. dicit quod Deus in statu uia, potest quidem totus diligi, sed non uideri: uideretur autem totus si uideretur per essentiam, cum eius essentia sit simplex. ergo cum Adam esset in statu uia Deum per essentiam uidere non potuit.

¶ 3 Præ. Anima oppressa mole carnis, distincta rerū cognitionē amittit, vñ Boetius dicit in li. de Cōsolat. quod sum mā retinens, singula perdit: sed in statu innocentiae anima hominis aliquatenus per corpus deprimebatur, licet non tantum, sicut post peccatum. ergo retardabatur a uisione diuinæ essentiae, ad quam requiritur perfectissima dispositio: nec est aliquis, ita perfecte intelligens, quin possit cogitari alium perfectius intelligere, nisi Deus qui infinita simplicitate omnia intelligit.

¶ 4 Præ. Esse uiatorem, & comprehensorem finalis, soli Christo est proprium; sed Adam in statu innocentie uiator erat, quod patuit ex hoc quod peccare potuit, & ita non fuit comprehensor, & ita Deum per essentiam non uidit.

R E S P O N S. Dicendū, qd quidam dixerūt, qd Deū per essentiam uidere non solum contingit in patria: sed in uia, quia non ita perfecte in uia, sicut in patria: sicut homo in statu innocentiae mediā habuit uisionē inter uisionē beatorū, & uisionē hominis post peccatū: quia minus perfecte uidit quam beati, perfectius autē quam homo post peccatū uidere potuit: sed istud dictum est contrariū scripturæ testimonijs, quæ concorditer in diuina uisione beatitudinem ultimam hoīs ponūt. Vnde ex hoc ipso, quod aliquis Deum per essentiam uidet, beatus est. Et sic nullus adhuc in uia ad beatitudinem existens, Deum per essentiam uidere potuit, nec ipse Adam in statu innocentiae, ut eōs opinio tener.

Cuius ueritas rōne ostendi potest: cuiuslibet. n. nature est aliquid ultimū assignare, in quo eius uirtus perfectio consistit: hoīs autem, inquantū homo, perfectio non consistit, nisi in actu intellectus, ex quo habet quod homo sit: in operatione autem intellectus possunt differentes gradus distingui dupliciter. Vno modo ex diuersitate intelligibilium. Quanto. n. aliq. excellentius intelligibile intelligit, tanto excellentior est eius intelligentia. vñ, ut dicitur in 1o. Eth. perfectissima operatio intellectus est operatio intellectus bene dispositi ad optimam intelligibile: sicut pulcherrima uisio corporalis est uisus bene dispositi ad pulcherrimū sub visu iacētium. Alio modo in operatione intellectus accipiuntur gradus ex modo intelligēdi. possibile est. n. unum, & idem intelligibile diuersimode a diuersis intelligi, ab uno perfectius, ab alio minus perfecte. Nō est autem possibile, ut ultimus terminus perfectionis humanæ accipiatur sicut aliquem modum intelligēdi: quia in istis modis intelligēdi possunt considerari infiniti gradus, quo unus alio perfectius intelligit. vnde oportet quod ultimus terminus humanæ perfectionis sit in intelligēdo aliq. perfectissimum intelligibile, quod est essentia diuina. In hoc igitur unaquaque rationalis creatura beata est, quod essentiam Dei uidet, non ex hoc quod ita simplice, vel plus, vel minus eam uidet.

A Nō igitur uisio beati a uisione uiatoris distinguitur per hoc, quod est perfectius & minus perfecte uidere: sed per hoc quod est uidere, & non uidere, & ideo, cum Adam fuerit adhuc in uia ad beatitudinem, Deum per essentiam non uidit.

A D **P R I M U M** ergo dicendum, quod in aliqua uisione triplex medium considerari potest: unum est medium sub quo uidetur: aliud quo uidetur, quod est species rei uisæ: aliud a quo accipitur cognitio rei uisæ. Sicut in uisione corporali medium sub quo uidetur est lumen, quo aliquid fit actu uisibile, & uisus perficitur ad uidentem; medium autem quo uidetur, est ipsa species rei sensibilis in oculo existēs, quæ sicut forma uidentis, inquantum est uidentis principium est uisus operationis: medium autē, a quo accipitur cognitio rei uisæ, est sicut speculum, a quo interdū species alicuius uisibilis, utpote lapidis fit in oculo, nō immediate ab ipso lapide. & hæc tria in uisione intellectuali inueniunt, ut lumini corporali respondeat lumen intellectus agētis, quasi medium sub quo intellectus uidet: species uero uisibilis, species intelligibilis, qua intellectus possibilis fit actu intelligens: medio uero a quo accipitur uisio cognitio, sicut a speculo, comparat effectus a quo in cognitionem eā deuenim.

C & ita similitudo eā nō intellectui imprimitur, non immediate ex eā: sed ex effectu in quo similitudo eā respiciet. vñ hōi cognitio dicitur specularis propter similitudinem, quā habet ad uisionem quæ fit per speculum. hō igitur in statu post peccatum indiget ad cognoscendum Deum medio, quod est quasi speculum, in quo refertur ipsius Dei similitudo. oportet. n. ut per ea, quæ facta sunt, in inuisi-bilia eius ueniamus, ut dicitur Rom. i. hoc autem medio non indigebat homo in statu innocentie, indigebat autem medio, quod est quasi species rei uisæ: quia per aliquid spirituale lumen menti hominis influxum diuinitus, quod erat quasi similitudo expressa lucis increatæ Deum uidebat. sed hoc medio non indigebat in patria, quia ipsam Dei essentiam per seipsam uidebat non per aliquam eius similitudinem, vel intelligibile uel sensibilem.

D cum nulla creata similitudo ad eum possit perfecte Deum representare, ut per eam uidentis ipsam Dei essentiam cognoscere aliq. possit. Indigebat autem lumine gloriæ in patria, quod erit quasi medium sub quo uidetur, secundum illud ps. 31. In lumine tuo uidebimus lumen, eo qd ista uisio nulli creaturæ est naturalis: sed soli Deo. unde nulla creatura in eam ex sua natura potest pertingere; sed ad eam consequendam oportet, quod illustretur lumine diuinitus emisso. Secunda autem uisio, quæ est per medium, quod est species, est naturalis angelo: sed est supra naturam hominis. Vnde ad eam indiget lumine gratiæ. Tertia uero est cōpetens naturæ hoīs, & ideo ea sola sibi relinquit post peccatum. & ideo patet, quod uisio qua homo Deū in statu innocentie uidit, media fuit inter uisionē qua nunc uidemus, & uisionem beatorum. Patet igitur, quod homo post peccatum triplici medio indiget ad uidentem Deum, si ipsa creatura ex qua in diuinam cognitionem ascendit, & similitudine ipsius Dei quæ ex creatura accipit, & lumine, quo perficitur ad hoc, ut in Deum dirigatur, sine sit lumen naturæ, ut lumen intellectus agētis, siue græ, ut fidei & sapiētiæ. In statu uero añ peccatū indigebat duplici medio. s. medio quod est similitudo Dei, & qd est lumen eleuans, uel dirigens mentē. Beati autem uno tñ indigent medio. s. lumine eleuante

D. 485.

D. 486.

tc

te mentem. Ipse autem Deus seipsum videt ab se; omni medio, ipse enim est lumen quo seipsum videt.

Ad II. Dicendum, quod magister non remouet, quin per aliquam similitudinem creature, quasi per medium Deus in statu innocentie videretur; sed quod non indigebat ad hoc medio visibilis creature.

Ad III. Dicendum, quod Adam in statu innocentie non videbat gaudia celestis curie, ut comprehenderet, que vel quanta essent, hoc enim solum beatorum est; sed cognoscebat de eis an sint, per hoc quod aliquam communem participationem habebat.

Ad IIII. Dicendum, quod in contemplatione Deus videtur per medium, quod est lumen sapientie, mentem eleuans ad cernenda diuina; non autem, ut ipsa diuina essentia immediate videatur, & sic per gratiam videtur a contemplante post statum peccati, quamuis perfectius in statu innocentie.

Ad V. Dicendum, quod homo factus erat ad videndum Deum, non in principio; sed in ultimo sue perfectionis. Et ideo quod in principio sue conditionis Deum per essentiam non vidit, non fuit ex hoc quod obstaculo impediret; sed solum proprio defectu: quia nondum ei inerat perfectio illa, que requiritur ad videndum Deum per essentiam.

Ad VI. Dicendum, quod Adam in statu innocentie desiderabat Deum per essentiam videre, sed eius desiderium erat ordinatum. Ad hoc enim tendebat quod videret Deum, quando tempus esset. Vnde de hoc quod Deum ante tempus debitum non videbat, nulla ei afflictio inerat.

Ad VII. Dicendum, quod mens nostra deus immediate formari ab ipsa veritate prima, non quin ea cognoscat interdum mediante aliquo habitu, vel specie vel creatura; sed per modum quo exemplatum formatur ad suum exemplar immediatum, posuerunt. n. quidam, ut patet per Dion. de Diu. no. 7. c. superiora in entibus esse inferiorum exemplaria, & ita animam hominis a Deo procedere mediante angelo, & ad exemplar diuinum formari mediante exemplari angelico, quod quidem ex verbis inductis remouet. Ipsa enim humana mens immediate a Deo creatur, & immediate ab ipso, sicut exemplar formatur, & per hoc immediate in ipso, sicut in fine, beatificatur.

Ad VIII. Dicendum, quod quis Deus sit per se maxime intelligibilis, & ad se sit menti hominis in statu innocentie: non tamen aderat ei, ut intelligibilis forma: quia intellectus hominis nondum habebat illam perfectionem, que ad hoc requiritur.

Ad IX. Dicendum, quod superioris rationis obiectum secundum conditionem naturam, non est ipsa diuina essentia: sed rationes quodammodo a Deo in mente influentes & a creaturis acceptæ, quibus ad aternam conspiciendam proficimur.

Ad X. Dicendum, quod immediatum principium, & proximum quo ea, que sunt in potentia, fiunt intelligibilia actu, est intellectus agens: sed primum principium quo intelligibilia fiunt, est ipsa lux increata. Et ita ipsa essentia diuina comparatur ad intelligibilia, sicut substantia solis ad visibilia corporalia. Non est autem necesse, ut ille qui videt colorem aliquem videat substantiam solis, sed ut videat lumen solis, prout eo color illustratur. Similiter non est necessarium, ut ille qui cognoscit aliquid intelligibile, videat essentiam diuinam: sed quod percipiat lumen intelligibile, quod a Deo originaliter manat, prout ipso est aliquid intelligibile actu.

Ad XI. Dicendum, quod dictum Damasceni non est intelligendum, quod Adam simpliciter beatus esset: sed beatus erat quadam beatitudine, que illi statim competebar, sicut in statu miserie aliqui dicuntur secundu[m] quid beati ratione alicuius perfectionis in

existens, ut Matth. 5. Beati pauperes Spiritum.

Ad XII. Dicendum, quod angelus in statu nature conditus non vidit Deum per essentiam: sed hoc ei competebar solum per gratiam. Adam autem in statu innocentie per gratiam habuit illum modum visionis, quem habet angelus per naturam, ut dictum est, & ideo dicitur sicut alter angelus.

Ad XIII. Dicendum, quod Moyses & Paulus quadam privilegiata gratia Deum per essentiam uiderunt. Et tamen quamuis simpliciter essent in statu uia, secundum quid tamen prout Deum per essentiam uidebant, non erant in statu uia. Et sic ad hoc in statu innocentie in quo adhuc uiuere erant, non competebar Deum per essentiam uideri, tamen per aliquem raptum fuerit ad hoc eleuans supra communem cognitionem, que tunc competebar, ut Deum per essentiam uideret, non elinconueniens, cum talis gratia ita pouerit contentum in statu innocentie, sicut & post statum peccati.

Ad XIII. Dicendum, quod si intelligamus ueralem eccliam Adæ fuisse qualis fuit raptus Paulus, tunc dicemus quod illa uisio erat supra modum communem uisionis, qui ei tunc competebar, quia non expresse habetur, quod illo tempore Deum per essentiam uiderit, possumus dicere quod in illa ecclia eleuatus fuit, non ad ipsam Dei essentiam uideandam, sed ad cognoscendam quadam profundiora de diuinis mysterijs, que in eodem modum humana cognitionis tunc sibi competebar.

Ad XV. Dicendum, quod paradus spiritualis prout perfectam delectationem designat, que prout fit in Dei uisione consistit: sed prout simpliciter delectationem de Deo habitam designat, in quacumque contemplatione Dei paradus spiritualis consistit.

Ad XVI. Dicendum, quod non fuisse bona & ordinata uoluntas, si desiderasset tunc habere quod tunc non competebar, & propter hoc ratio non sequitur.

ARTICVLVS II.

Verum homo in statu innocentie Deum per creaturas uideret. Secundo queritur, utrum homo in statu innocentie Deum per creaturas uideret. Et uerum quod non. cognoscere enim Deum per creaturas, est cognoscere per effectum: hanc autem esse collatiua, siue uenatiua cognitio, que cum intelligenda sit, & imperfecta, homini in statu innocentie non competebar. ergo Adam in statu innocentie non uidit Deum per creaturas.

¶ 1. Preter. Remota causa effectus, non assignat hanc causam, quare homo Deum per creaturas uidet: quia a creatore auersus ad creaturas conuertitur, quod tunc in statu innocentie non uidetur. ergo tunc Deum per creaturas homo non uidit.

¶ 2. Preter. Secundum Hugo de S. Victore, homo in statu illo Deum cognoscebat per presertim contemplans: sed in contemplatione uidetur sine medio creature, ergo Deum non uidebat per creaturas.

¶ 3. Preter. Iisdem dicit, quod angelus ante omnem creaturam factus, Deum per creaturam non cognoscebat, sed homo in statu innocentie Deum sicut alter angelus secundum Damascenum uidit. ergo ipse Deum ex creaturis non cognouit.

¶ 4. Preter. Tenebra non est ratio cognoscendi lucis, sed omnis creatura creatione comparata, est tenebra, ergo creator per creaturam cognosci non potest.

¶ 5. Preter. Aug. d. 11. sup. Gen. ad literam, forte in statu sic cum eis loquebatur, scilicet primis parentibus, & non tanta participatione diuina sapientie, quam capiunt angeli: tamen pro humano modulo quantum libet

c. v. a med. illius.

libet minus: sed ipso genere visionis, & locutionis. ex quo vñ posse accipi, quod homo in statu innocē-
tia illo genere cognitionis Deū cognoscebat, quo
angeli cognoscunt: sed angeli nō cognoscunt Deū
per creaturas, vt patet per Aug. 1. super Gen. ad lre
ram & per Diony 6. c. de di. no. ergo homo in sta-
tu innocentia Deum per creaturas non videbat.

¶ 7 Præter. Anima hominis similior est Deo, quam
aliqua sensibilis creatura. ergo quando anima ho-
minis in sua puritate erat, non tendebat ad Dei co-
gnitionem per visibilem creaturam.

¶ 8 Præter. Posita cognitione pfectiori superfluit mi-
nus pfecta: sed homo in statu innocentia p præsen-
tia contēplationis Deū cognoscebat, vt dicit Hug.
de sancto Vict. ergo Deū p creaturas nō cognouit.

SED CONTRA, est quod Dama. dicit 2. lib. quod
Adam in paradiso corporali cōstitutus est, ubi per
creaturas suum creatorem consideraret.

RESPON. Dicendū, qd ad euidētiā huius qua-
sitionis sciēdum est, quod fm Boet. in li. de Conso-
natura a pfectis principiū sumit, quod in operibus
diuinis considerari pot. In quolibet enim eius ope-
re ea quæ prima sunt perfectionem habent. Vnde
cum in statu innocentia cōstitueretur Adā ab ipso,
vt totius humani generis principiū, non solū a quo
natura humana propagaretur in posteros, sed etiā
quo in alios originalē iustitiam trāsfunderet, oportet
ponere hominem in statu innocentia duplicem
perfectionem habuisse. vnam quidem naturalem,
aliā autem gratia Deo concessā supra debitū
naturalium principiorū. Secundum aut naturalem
perfectionem sibi competere non poterat, ut Deū
cognosceret nisi ex creatura, quod sic patet. In nul-
lo n. genere potentia passiuā extendit se nisi ad illa,
ad q̄ extendit se potētia actiua. & ideo dicit Com. 9.
Meta. quod non est aliqua potentia passiuā in natu-
ra, cui non respondeat actiua. In natura aut huma-
na duplex potentia ad intelligēdum inuenitur. Vna
quasi passiuā, quæ est intellectus possibilis. Alia est
quasi actiua, q̄ est intellectus agens. & ideo intelle-
ctus possibilis fm naturalem viam non est in poten-
tia, nisi ad illas formas, quæ per intellectum agens
intelligibiles sunt. Hæ autem non sunt nisi formæ
sensibilium rerum, quæ a phanta. matibus abstrahū-
tur. nam substantiæ immateriales sunt intelligibiles,
per seipsas, nō quia nos eas intelligibiles faciamus,
& ideo intellectus possibilis noster non pot se extē-
dere ad aliqua intelligibilia, nisi p illas formas quas
a phantasmatibus abstrahit. & inde est qd nec Deum,
nec alias substantias immateriales cognoscere pos-
sumus naturaliter, nisi per res sensibiles: sed ex pfe-
ctione gratia hoc habebat homo in statu innocen-
tiæ, ut Deum cognosceret per inspirationem inter-
nam ex irradiatione diuinæ sapientiæ, per quē mo-
dum Deum cognoscebat non ex visibilibus creatu-
ris: sed ex quadā spirituali similitudine suæ mētis im-
pressa. Ita igit in homine duplex cognitio erat. una
qua cognoscebat Deum conformiter angelis per
inspirationē internam. Alia, qua cognoscebat Deū
cōformiter nobis p sensibiles creaturas. differebat
aut hæc eius secunda cognitio a cognitione nostra
sicut differt inquisitio habentis habitū sciētiæ, qui
ex notis considerat ea q̄ quandoq; nouerat, ab in-
quisitione addiscentis, q̄ ex notis ad ignota nititur
puenire. Nos autem aliter Deū notum habere non
possumus, nisi ex creaturis ad eius noticiam venia-
mus. Adam vero Deū aliter sibi notum, s. per illu-

A strationem internam ex creaturis considerabat.

AD PRIMUM ergo dicēdū, qd illa cognitio colla-
tiua, qua ex notis in ignota deuenimus imperfectio
nē habet. cum per eā aliquid quasi ignoratū quæra-
tur. Talis autē non fuit illa collatiua cognitio, qua
homo in statu innocentia vtebatur. Nihil tñ prohi-
bet dicere, quin aliqd imperfectū homini in illo sta-
tu cōpetebat, non quidē quātū ad id, quo deberetur
suæ naturæ: sed per cōparationē ad naturam dignio-
rem. Non. n. fuit tantæ perfectionis humana natura
in sua conditione, quanta angelica vel diuina.

AD SECUNDUM dicēdū, qd hoc qd Isidorus dicit,
causa est quare homo necesse hēbat ex creaturis co-
gnitionem Dei quasi ignoti accipere, & hoc homo
in statu innocentia non indigebat, vt dictum est. In corp. art.

AD TERTIUM dicēdū, quod præter illam cōtem-
plationē cognitionis habebat aliam Dei noticiam,
qua eum ex creaturis cognoscebat, vt dictum est. In corp. ar.

AD QUARTUM dicendū, quod Adam confor-
mabatur angelo in cognitione contēplationis per
gratiam: sed præter hoc habebat aliam cognitionē
suæ naturæ competentem, vt dictum est. In corp. ar.

AD QUINTUM dicendū, quod creatura est tene-
bra in quantum est ex nihilo. in quantum vero est a
Deo similitudinem aliquam eius participat, & sic in
eius similitudinem ducit.

AD SEXTUM dicēdū, quod Aug. ibi loquitur de
illā cognitione quæ est per inspirationem diuinam,
qd̄ patet ex hoc qd̄ de locutione Dei ibi mentionē
facit, nec omnino tacet de alio cognitionis mo-
do, vbi subiungit, fortassis etiam illo locutionis ge-
nere: Deus enim loquebatur quod fit per creaturā,
sive in cęstāi spiritus corpora libus imaginibus. sive
ipsis sensibus corporis aliqua imagine præsentata.

AD VII. dicēdū, qd̄ anima quæ sit Deo similior
quā alia creatura non tñ in cognitione naturæ suæ,
vt eā a ceteris discernat, pot puenire nisi ex sensibi-
libus creaturis a quib⁹ cognitio nostra ortū habet.

AD OCTAVUM dicēdū, qd̄ quis Adā Deum viderit
per lumen cōtēplationis. non tñ superfluit illa co-
gnitio qua Deū ex creaturis considerauit, vt. si dem
pluribus modis cognosceret. & quod non solum
gratuitam: sed naturalem haberet cognitionem.

ARTICVLVS III.

Verum Adam in statu innocentia fidem de Deo habuit.

TERTIO queritur, vtrum Adam in statu inno-
centia fidem de Deo habuit. & videtur quod
non. Cognitio enim fidei est cognitio ænigmatica,
vt patet 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum &c.
sed Adam in statu innocentia habuit cognitionem
non ænigmaticam: sed apertam. ergo &c.

¶ 2 Item, Hugo. de sancto Victo. dicit qd̄ cognouit
creatorē suum non ea cognitione qua a credētib⁹
modo ab eis fide queritur. ergo idem quod prius.

¶ 3 Item, Greg. 4. Dialo. dicit. Fides illis cōpetit qui
ea quæ credenda sunt per experimenta nō possunt
cognoscere. sed Adā vt ibidem dicitur experimen-
to cognouit ea, quæ nos credimus. ergo &c.

¶ 4 Itē, Fides nō solū est de creatore, sed de redem-
ptore: sed Adam in statu innocentia nihil videtur
cognouisse de redemptore, quia sui casus præsciū
non fuit, sine quo redemptio non fuisset. ergo &c.

SED CONTRA, est quod dicit August. 14. de ciui.
Dei. quod Adam in statu innocentia habuit chari-
tatem de corde puro, & fide non ficta.

¶ 2 Item, Habuit omnes virtutes, vt Magister dicit
in 3. Sent. dist. 29. ergo & fidem.
Quæst. disp. S. Tho. FFF RESPON.

In corp. art.

In corp. ar.

In corp. ar.

1. 2. q. 5. ar. 6.

Lib. 1. de sac. P. 6. c. 14.

Cap. 1.

Cap. 26. pag. lo a princ. com. 8.

Li. 3. sen. dist. 29.

RESPON. quod Adam in primo statu fidem habuit. quod quidem apparet, si obiectum fidei consideremus. Ipsa enim veritas prima, prout est non apparet, est obiectum fidei: dico autem non apparet nec per speciem, sicut beatis apparet, nec per naturalem rationem, sicut aliqua philosophis de Deo sunt nota, ut cum esse incorruptibilem, incorporeum, intelligibilem, & alia huiusmodi. Adam autem non solum sciebat illa de Deo, quae naturali ratione cognosci possunt: sed etiam amplius. Nec tamen ad videndum Deum per essentiam pertenerat, unde constat quod de Deo cognitionem fidei habebat: sed fides est duplex. secundum duplicem auditum & duplicem locutionem. est enim fides ex auditu, ut dicitur Rom. 10. Est etiam quaedam locutio exterior, qua Deus nobis per praedicatores loquitur: quaedam interior, qua loquitur nobis per inspirationem internam: dicitur autem ipsa interior inspiratio locutio quaedam ad similitudinem exterioris locutionis. Sicut enim in exteriori locutione proferimus ad ipsum audientem non ipsam rem, quam notificare cupimus, sed signum illius rei. Vocem significativam: ita Deus interior inspirando non exhibet essentiam suam ad videndum: sed aliquod suae essentiae signum, quod est aliqua spiritualis similitudo suae sapientiae. Ab utroque auditu fides in cordibus fidelium oritur, per auditum interiore in his, qui fidem primo acceperunt & docuerunt, sicut in Apostolis & prophetis, unde in Psal. 84. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. per secundum vero auditum fides oritur in cordibus aliorum fidelium, qui per alios homines cognitionem fidei accipiunt. Adam autem primo fidem habuit, & primo est fidem edoctus a Deo: & ideo per internam locutionem fidem habere debuit.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod non habuit ita apparentem cognitionem, quae sufficiebat ad obscuritatem fidei remouendam, quae non remouetur nisi per hoc, quod prima veritas sit apparet.

AD SECUNDUM dicendum, quod Hugo a primo homine remouet cognitionem fidei talem, qualis nobis competit, qui cognitionem fidei habemus non per reuelationem nobis factam: sed per hoc quod adhaeremus reuelationibus alijs factis.

AD TERTIUM dicendum, quod experimentum illud quod homo habuit, non fuit tale, quale est eorum qui Deum per essentiam vident, ut prius dictum est: unde non sufficit ad euacuandam fidem.

AD QUARTUM dicendum, quod Adā de redemptore non habebat fidem explicitē: sed tantum implicitē, in quantum credebat Deum sibi sufficienter prouisurum in his omnibus, quae suae salutis necessaria essent.

ARTICVLVS IIII.

Verum Adam in statu innocentiae habuit notitiam creaturarum omnium.

1. par. q. 94. art. 3.

QUARTO quaeritur, Vtrum Adam in statu innocentiae habuit omnium creaturarum notitiam. & ut quod non. Non enim habuit notitiam futuri forni, cum hoc solius Dei sit proprium secundum illud Esa. 41. Annunciate futura & dicemus, quia Deus estis vos: sed multa in creaturis futura erant. ergo non omnium creaturarum cognitionem habuit.

¶ 2 Præ. Sicut dicit Avic. in 6. de Naturali. ad hoc sensus sunt animae humanae necessarii, ut per eos scientiam perfectam rerum capiat. si igitur anima Adae scientiam omnium rerum habuit ex sua conditione, frustra si sensus collati fuissent: quod esse non potest, cum in operibus

Dei nihil sit frustra: ergo scientiam omnium non habuit. ¶ 3 Præ. Sicut dicit Boet. in 5. de Consolatione. nescit broxi condita nube non in totum est obliuiscuntur: tenet singula perdens, ubi ostenditur quod anima in principio suae conditionis habet cognitionem qua sciuntur res in vniuersali, non autem distinctam qua sciuntur singula in propriis partibus. si igitur Adam habuit cognitionem habentem qualem animam humanam in sui conditione debet habere, videtur quod non habuit creaturarum cognitionem distincte: sed solum sub consensione quae

¶ 4 Præ. Cognitionis propria non haberet de re aliqua nisi per eius propria speciem in anima existentem. sed anima humana, ut habetur ex verbis Philosophi in 3. de Anima, est in sui principio, sicut tabula in qua nihil scriptum est. ergo non potuit habere Adam in principio suae conditionis de rebus propriam cognitionem. sed dicendum quod quamuis non haberet ex vi naturae, habebat tamen ex dono diuino.

¶ 5 Sed contra, omnes homines in sui principio quantum ad meritum pares sunt, & quantum ad naturam speciei conformes. si igitur perfecta rerum cognitio diuinitus fuit Adae collata in principio suae conditionis, ut quod pari ratione omnibus alijs hominibus in principio conferretur, quod videtur esse falsum.

¶ 6 Præ. Nihil mouetur ad perfectionem cognitionis quod est in termino perfectionis: sed Adam mouebatur ad perfectionem cognitionis, ergo non erat in termino perfectionis, quasi perfecta cognitionem habens creaturarum. probatio mediae. Intellectus in Philosopho in 3. de Anima, nihil est coram se antequam intelligat; postquam autem intelligit, est ad aliquid eorum quae sunt: & ita quandoque est in actu aliquid eorum quae sunt, quandoque non. etiam in actu quod hoc modo se habet, est in actu ad actum perfectum. ergo intellectus humanus in sui principio est in actu ad perfectam cognitionem. & in intellectu Adae in sui principio non erat in termino perfectionis scientiae, sed in actu ad perfectionem.

¶ 7 Præ. Hoc pertinet ad excellentiam angelice naturae quod angelus mox in sui creatione cognitionem omnium rerum naturalium implentur, sicut in illa natura de Causis. omnis intelligentia est plena formis. & humana natura non pertingit ad excellentiam angelicam: ergo non fuit competens animae primi hominis in actu in principio omnium rerum cognitionem habere.

¶ 8 Præ. Impossibile est quod intellectus intelligat nisi quod intellectus sit actu ipsum intelligibilem. intellectus humanus non potest simul in actu fieri plura intelligibilia: ergo nec cognoscere & ita non potuit primus homo simul omnium rerum notitiam habere.

¶ 9 Præ. Vniuersi perfectibilis una est perfectio, quae in potentia non perficitur simul nisi uno actu vniuersi generis, sicut in materia prima non potest esse nisi una forma substantialis; nec in corpore nisi vnus color.

¶ 10 Præ. Si Adae cognouit omnes creaturas, aut eas cognouit in verbo, aut in propria natura, aut in sua intelligentia: sed non cognouit eas in verbo, quia cognitio beatorum videtur in verbis: nec in propria natura, nondum erant in propria natura; nec in sua intelligentia, non enim est contra perfectionem primi status, ut superior potentia ab inferiori accipatur.

¶ 11 Præ. Si Adae cognouit omnes creaturas, aut eas cognouit in verbo, aut in propria natura, aut in sua intelligentia: sed non cognouit eas in verbo, quia cognitio beatorum videtur in verbis: nec in propria natura, nondum erant in propria natura; nec in sua intelligentia, non enim est contra perfectionem primi status, ut superior potentia ab inferiori accipatur.

cut imaginatio a sensu, & sic humana anima com-
petebat, vt intellectus a sensu acciperet, & sic cum
non omnes creaturas perciperet per sensum, non
poterat omnium in intelligentia eius esse cognitio.
ergo nullo modo omnium creaturarum scientiam
habuit.

¶ 11. Præter Adam creatus fuit in statu quo proficere
posset; pari ratione secundum intellectum sicut &
secundum affectum: sed ille qui habet omnium rerum
cognitionem in ea proficere non potest: ergo
non habuit tunc omnium rerum scientiam.

¶ 12. Præter Aug. dicitur videtur 8. super Gen. ad lite-
ram, quod Adam positus fuit in paradiso ad operan-
dum, non propter necessitatem, sed propter delecta-
tionem agriculturæ, quæ contingit ex hoc quod est
rerum natura humana ratio quodam modo loquitur
cum positus feminibus; plantatis furculis, tan-
quam interrogetur quæ vis radicis & seminis quid
possit, quidve non possit: sed interrogare naturam
de virtute naturæ nihil est aliud; quam vires nature
ex natura operibus visis agnoscere: ergo Adam in-
digebat ex rebus accipere naturam rerum, & sic non
habebat omnium creaturarum scientiam.

¶ 13. Præter Adam in statu innocentie non fuit per-
fectior angelis beatis: sed illi non omnia sciunt. Vnde
beatus Dion. 7. c. Cal. Hierar. dicit quod inferio-
res superioribus purgantur a nescientia. ergo nec
homo in statu innocentie omnia sciuit.

¶ 14. Præter. Sicut dicit Aug. in lib. de Diuinatione dae-
monum secreta cordium scire non possunt, nisi
quatenus innescunt ex motibus corporis. cum
igitur intellectus angelicus sit perspicacior intelle-
ctu humano, videtur quod nec Adam in statu inno-
centie potuit secreta cordium cognoscere, & sic
non habebat omnium creaturarum notitiam.

SED CONTRA Aug. dicit in 14. de ciui. Dei, quod
in statu illi nihil aberat, quod bona voluntas non
adipisceretur: sed hoc bona voluntate velle pote-
rat, vt omnium scientiam haberet. ergo omnium
scientiam habuit.

¶ 1. Præter. Adam magis erat ad imaginem secundum
animam, quam secundum corpus: sed Adam fuit
in ipsa prima conditione perfectus quantum ad cor-
pus secundum ætatem in natura, & quantum ad om-
nia membra: ergo etiam fuit secundum animam
perfectus, quantum ad omnem scientiam.

¶ 2. Præter. Perfectio nature conditæ maior est quam
perfectio nature lapsæ: sed cognitio futurorum perti-
net ad conditionem nature lapsæ. Vnde quidam san-
ctorum hanc perfectionem promouunt, ut fu-
tura cognoscerent per donum prophetiæ post lap-
sum nature: ergo multo fortius Adam habuit cog-
nitionem futurorum, & multo magis presentium.

¶ 3. Præter. Nominata rerum debent esse consona earum
proprietas: sed Adam inposuit rebus nomina,
vt patet Gene. 1. ergo ipse plenarie res cognouit.

RESPON. Dicendum, quod Adam duplex fuit cog-
nitio, naturalis & gratia: Cognitio aut naturalis
humana ad illa potest se extendere quacumque ductu
naturalis rationis cognoscere possumus: cuius quidē
naturalis cognitionis est accipere principia & ter-
mina: principium aut eius est in quadam consula cog-
nitione omnium proit. Et homini naturaliter inest
cognitio vniuersalium vniuersalium, in quibus si-
cut in quibusdam feminibus virtute præexistit om-
nia scilicet, quod nature cognosci possunt: sed
huius cognitionis terminus est quando ea, quæ vir-

A tute in ipsis principiis sunt, explicantur in actum: si-
cut cum ex semine animalis, in quo virtute præexistit
omnia membra animalis producit animal habens di-
stincta & perfecta omnia membra, dicitur esse terminus
generationis animalis. Adam autem in principio suæ
conditionis non solum oportuit, vt haberet natu-
ralium cognitionem quantum ad suum principium, sed
quantum ad terminum, eo quod ipse condebat vt
pater totius humani generis. A patre autem filii ac-
cipere debent, non solum esse per generationem: sed
disciplinam per instructionem, & quia non competit
alicui esse principium secundum quod est in pote-
tia: sed secundum quod est actu, ratione cuius actus
naturaliter est prior potentia, & nature operatio

B semp a perfectis incipit, unde est, quod oportuit pri-
mum hominem mox in ipsa sui conditione constitui
in termino perfectionis, & quantum ad corpus, vt esset
conueniens principium generationis totius humani ge-
neris, & quantum ad cognitionem, vt esset sufficiens in-
structionis principium. & sicut nihil in corpore eius
erat non explicitum in actu, quod pertineret ad perfe-
ctionem corporis ipsius: ita quicquid seminaliter,
sive virtualiter erat in primis principiis rationis to-
tius erat explicitum secundum perfectam cognitionem
eorum omnium, ad quæ virtus primorum principio-
rum se extendere poterat. vnde dicendum est, quod quod
vniuersa homo aliquis de cognitione eorum naturali
ingenio assequi potuit, hoc totum Adam naturali cog-
nitione habitualiter tenuit. Sciuit etiam multa, quæ
sunt in creaturis, quæ naturali cognitione cognosci
non possunt, ad quæ, sicut primorum principiorum
non se extendit, sicut futura contingencia, sicut cog-
itationes cordium, sicut dispositiones creaturarum
secundum quod subsunt diuinae providentiæ, si diuina
providentiæ comprehendere non poterat: vnde nec
ordinem ipsarum creaturarum secundum quod diuina
providentiæ subsunt, quæ interdum creaturas ad mul-
ta ordinat supra naturæ facultatem: sed ad hæc ali-
qualiter cognosceda adhibebatur alia cognitio, quæ
est cognitio gratiæ, per quam Deus ei interioris lo-
quebatur, vt dicit Aug. 8. sup. Gen. sed in hac cog-
nitione non instituebatur primus homo, quasi in ter-
mino perfectionis ipsius existens: quia terminus gra-
tuitæ cognitionis non est nisi in visione gloriæ: ad quæ
ipse nondum peruenerat, & ideo huiusmodi omnia non
cognoscebat: sed quantum de his sibi diuinitus reuelaba-
tur, & sic oportet vtriusque rationibus respondere.

C Ad PRIMUM ergo dicendum, quod quidam fu-
tura sunt, quæ in suis causis naturaliter cognosci pos-
sunt, & istorum cognitionem Adam habuit. Alio-
rum autem quæ naturaliter cognosci non possunt,
non omnium cognitionem habuit: sed eorum tan-
tum quæ sibi fuerunt diuinitus reuelata.

D AD SECUNDUM dicendum, quod Adam debuit ha-
bere omnia perfecte, quæ natura humana requirit.
Sicut autem vis augmentatiua datur homini, vt ad
perfectam quantitatem pertinet, ita & sensus datur
anima humane, vt perfectam scientiam capiat: si-
cut igitur Adam habuit augmentatiuam virtutem, non
vt per eam crederet, sed vt nihil deesset eorum, quæ
ad perfectionem nature requiruntur: ita etiam sen-
sus habuit, non vt per eos scientiam acquireret, sed
vt perfectam naturam haberet, vt etiam per sensus
ea, quæ habitualiter sciebat experiretur.

E AD TERTIUM dicendum, quod Adam ad illa habuit cogni-
tionem, quæ naturaliter cognosci possunt: sed
quæ naturaliter cognosci non possunt, non omnium
cognitionem habuit: sed eorum tantum quæ sibi
fuerunt diuinitus reuelata.

Qualit. disp. S. Tho. FFF 2 bat

Ca. vlt. co. 9.

Ad 1. q. 9. a. 2.

Ad 2. q. 9. a. 2.

bat. n. ei in quantum erat totius humani generis instructor, ut non haberet confusam cognitionem: sed distinctam qua instruere posset. & per hoc etiam oportuit, quod intellectus eius non esset in sui principio, sicut tabula non scripta: sed haberet plenam notitiam ex diuina operatione. Nec hoc alijs competebar hominibus, quod non illituebatur ut principi humani generis. & per hoc patet solutio ad quartum, & quintum, & sextum.

AD SEPTIMUM dicendum, quod hoc quod angelus factus est in plena cognitione rerum naturalium, competeat ei ex debito suae naturae, non autem homini: sed ex operatione diuina, & ideo adhuc remanet natura humana infra angelicam, sicut etiam corpus hominis naturaliter est imperfectius celesti corpore: quamuis corpus Adae virtute diuina acceptit quantitatem perfectam in principio, quod celesti corpori competeat ex debito suae naturae.

AD OCTAVUM dicendum, quod intellectus Adae non poterat actu esse multa intelligibilia, quasi actu ab eis informatus: poterat tamen simul multis habitualiter informari.

AD NONUM dicendum, quod illa ratio praecedit quoad illa potentia totaliter perficitur per unam perfectionem, sicut forma substantialis perficit materiam, & color potentiam superficiei: sed unus habitus scientiae non complet potentiam intellectus, quantum ad omnia intelligibilia, & ideo non est simile.

AD X. dicendum, quod Adam habuit cognitionem omnium naturarum non in verbo, sed in propria natura, & in sua intelligentia. Qui quidem duplex modus cognoscendi non distinguitur penes species rerum, prout eis aliquid cognoscitur: sed prout ipsae sunt, quae cognoscuntur, quia etiam quod intellectus cognoscit res in propria natura, non cognoscit eas, nisi per species quas penes se habet. Quando igitur per species quas penes se habet, dicitur intellectus in ipsis res, quae sunt extra animam, tunc dicitur cognoscere res in propria natura: quod autem intellectus consistit in ipsis speciebus considerans naturam & dispositionem ipsarum specierum, tunc dicitur cognoscere res in sua intelligentia, ut pote cum intelligit se intelligere, & modum quo intelligit, quod igitur dicitur, quod res nondum oēs erant in propria natura, & ita in propria natura cognosci non poterant, non sequitur. Cognoscere enim in propria natura dicitur dupliciter. Uno modo, per modum enunciationis, dum scilicet cognoscitur res ipsa in sua natura propria, quod non potest esse nisi quod in natura propria est, & sic Adam non cognouit oēs res in propria natura, quia nondum erant oēs in propria natura: nisi dicamus quod non erant in propria natura perfecte, sed imperfecte: quia omnia quae postmodum producta sunt in operibus sex dierum, praecesserunt secundum aliquem modum, ut patet in Aug. super Gen. Alio modo dicitur quis cognoscere rem in propria natura per modum definitionis, scilicet dum cognoscit aliquis quid sit propria natura alicuius rei, & sic etiam res non existens potest in propria natura cognosci: ut si oēs leones essent mortui possem scire, quid sit leo, & sic res tunc non existentes Adam in propria natura cognoscere poterat. Similiter nihil prohibet, quod oēs creaturae per suas similitudines in eius intelligentia essent, quamuis non omnes sensu comprehenderit: quia & si non sit contra dignitatem primi status, quod potentia superior ab inferiori recipiat, erat tamen contra perfectionem, quae primo homini debebatur, ut cōderet sine plenitudine scientiae, solummodo ex sensibus scientiam accepturus.

AD XI. dicendum, quod Adam in cognitione proficere potuit dupliciter. Uno modo, quantum ad ea quae nesciuit, ad quae scilicet naturalis ratio se extendere non potest, in quibus potuit proficere, partim ex reuelatione diuina, sicut in cognitione diuinorum mysteriorum, partim ex sensuum experimento: sicut in futurorum cognitione, quae cum adimplebatur, nota sibi fuissent, cum prius fuissent ignorata. Alio modo, quantum ad ea quae sciebat, ut scilicet id, quod sciebat tantummodo per scientiam mentis, postmodum posset cognoscere etiam per experientiam sensus.

AD XII. dicendum, quod illa verba Augustini non sunt sic intelligenda, ut intelligatur Adam ex naturae operibus oportuisse naturae virtutem cognoscere: sed quia natura quam interitus mente cognoscere oportet, experiebatur secundum id, quod in eius natura praexistebat, & hoc erat ei delectabile.

AD XIII. dicendum, quod angeli non parerunt a nescientia rerum naturalium, sed a nescientia diuinorum mysteriorum, quae etiam nescientia Adam fuit, ut dictum est, & ad hoc etiam ipsa illi nescientia angelica indiguit.

AD XIV. dicendum, quod etiam abcondita cordium sunt de illis, ad quae cognoscenda ratio naturalis non se potest extendere. Unde simile iudicium est de his, & cognitione futurorum contingentium.

AD PRIMVM in contrarium dicendum, quod Adam bona uoluntate, uel non poterat nisi quod ordinate uoluerat, hoc est ut hoc quod uellet in tempore appeteret habere, nec uellet id, quod non competebat.

AD SECVNDVM dicendum, quod Adam quantum ad corpus habuit perfectionem naturalem, non autem supernaturalem, quae est perfectio gloriae: de non sequitur quod secundum animam habuit perfectionem cognitionis, nisi naturalis.

AD TERTIVM dicendum, quod praecognitio futurorum est quidem perfectio naturae humanae, quia ad perfectiorem etiam post lapsum: non autem quod ita sit in se in naturalis, unde non oportuit quod tale perfectionem Adam haberet. Solum enim Christo comparatur, ut omnia ipsi sint collata, quae alij sancti per gratiam habuerunt, eo quod ipse est nobis principium gratiae, sicut Adam principium naturae, ratione cuius perfectio naturalis cognitionis sibi debebatur.

AD QVARTVM dicendum, quod de ratione status innocentiae erat, ut Adam omnes uirtutes haberet, quia quaecumque ei de essentia, in ista imagine naturalem non haberet: non autem est de necessitate innocentiae omnem cognitionem habere, unde non est simile.

AD ALIVM dicendum, quod Adam legitur animabus nomina imposuisse, & eorum naturas noui per se, & per consequens omnium aliarum rerum naturalium: sed ex hoc non sequitur, quod ea quae sunt in propria naturalem cognitionem, cognouerit.

ARTICVLVS V.
Vtrum Adam in statu innocentiae cognouerit, seu uiderit angelos per essentiam.

QVINTO quaeritur, utrum Adam in statu innocentiae angelos per essentiam uiderit. Et videtur quod sic, dicit enim Greg. 4. Dist. 10. In paradiso homo assueuerat uerbis Dei profiri, beatorum angelorum spiritibus cordis munditia & celsitudine uisionis interesse, ergo uiderit, quod per altitudinem uisionis suae ad ipsos angelos uidendos attingit.

g. super Gen. 8. c. 5. to. 3.

ad 11.

ad 12.

ad 13.

ad 14.

ad 15.

ad 16.

ad 17.

ad 18.

ad 19.

ad 20.

ad 21.

ad 22.

ad 23.

ad 24.

ad 25.

ad 26.

ad 27.

ad 28.

ad 29.

ad 30.

ad 31.

ad 32.

ad 33.

ad 34.

ad 35.

¶ 2 Præ. Gen. 2. sup illud, immisit Deus soporē &c. dicit gl'of. Eccl'as re dē intelligitur ad hoc immisit, ut mens Adæ particeps angelicæ curiæ intraret in sanctorum, & Dei intelligeret nouissima: sed non potuit esse particeps angelicæ curiæ, nisi angelos cognouerit. ergo angelorum notitiam habuit.

¶ 3 Præ. Magister dicit in 2. dist. 2. lib. quod homo scientiam habuit rerum propter se factarum: sed inter alias creaturas angeli propter hominē quodammodo facti sunt, vt Magister dicit 1. dist. lib. 2. ergo habuit notitiam angelorum.

¶ 4 Præ. Difficilius est facere aliquid, quod est intelligibile in potentia, intelligibile actū, & intelligere illud, quam intelligere illud, quod est de se actū intelligibile: sed intellectus Adæ poterat facere species rerum materialium esse intelligibiles actū, quæ de se sunt intelligibiles in potentia, & per hoc intelligere res materiales. ergo multo fortius poterat intelligere ipsas essentias angelorū, quæ de se sunt intelligibiles actū, cum sint a materia immunes.

¶ 5 Præ. Quod aliquis non magis intelligat ea, quæ de se sunt intelligibilia, conringit ex defectu intellectus sui: sed angelorum essentia sunt de se magis intelligibiles, quam essentia rerum materialium, nec aliquis defectus in intellectu Adæ erat. Cum igitur cognosceret res materiales per essentiam, multo fortius angelos per essentiam cognoscere poterat.

¶ 6 Præ. Intellectus potest intelligere res materiales, abstrahendo quidditatē a supposito materiali. & si illa quidditas est iterum suppositū habens quidditatē, poterit pari rōne ab illo quidditatē abstrahere: & cum non sit abire in infinitum, deueniet tandem ad hoc quod intelliget quidditatē aliquā simplicē, non habentem aliam quidditatē. sed hōi est quidditas substantiæ separata, scilicet angeli. ergo intellectus Adæ potuit cognoscere angeli essentiam.

¶ 7 Præ. Secundum Philosophum 3. de Aia. Intellectus propter hoc, quod est in potentia non cōiuncta organo, nō corrūpitur ab excellenti intelligibili: non enim minus intelligit infima, postquā intellexit maxime intelligibile: sed magis, cuius cōtrarium in sensu accidit: sed intellectus Adæ in statu innocentie erat integer & perfectus. ergo nō impediatur ab excellentia alicuius intelligibilis, quin illud intelligere possit, & ita poterat angelos per essentia cognoscere, cum hanc cognitionem impedire non uidebatur, nisi ipsius intelligibilis excellentia. ergo &c.

¶ 8 Præ. Sicut supra dictum est, Adā mox conditus habuit omnem cognitionem, ad quam naturaliter homo peruenire potest: sed naturaliter homo peruenire potest ad hoc, ut substantias separatas per essentiam cognoscat, ut patet ex multorum philosophorū sententijs, quas Commenta. tangit in 3. de Aia. ergo Adā angelos cognoscebat per essentiam.

¶ 9 Præ. Constat quod Adā animam suam per essentiam nouerat: sed essentia animæ est a materia immunis, sicut & angeli. ergo & angelum cognoscere per essentiam poterat.

¶ 10 Præ. Cognitione Adæ media fuit inter cognitionem nostram, & cognitionem beatorum: sed beati uident & cognoscunt essentiam Dei, nos autem cognoscimus essentias rerum materialium: inter Deum autem & res materiales sunt substantiæ spirituales, scilicet angeli. ergo Adā per essentiam angelos cognouit.

SED CONTRA, nulla potentia in cognoscendo potest extendere se ultra suum obiectum: sed obiecta

A anima intellectiua sunt phantasmata, ad quæ ita se habet anima intellectiua, sicut sensus ad sensibilia, vt dicitur in 3. de Anima. ergo anima nostra nō potest se extendere ad cognoscendum, nisi ea, in quæ ex phantasmatibus deuenire potest: sed essentia angelorum excedit omnia Phantasmata ergo homo naturali cognitione, qua posuimus Adā perfectum, non potest peruenire ad hoc, vt cognoscat angelos per essentiam, sed dicendū, quod quāuis angelus non possit per phantasmata apprehendi, tamen effectus eius aliquis potest sub phantasmate deprehendi, & ex tali effectu potest angelus cognosca.

¶ 2 Sed contra, nullus effectus qui non æquat suam causam, est sufficiens ad hoc, quod per ipsum suæ causæ essentia cognoscatur, alias cognoscentes Deū ex creaturis essentia Dei viderent, quod falsum est: sed effectus corporeus qui solus in phantasmate deprehendi potest, est talis effectus, qui non æquat virtutem Angeli. ergo per hōi effectum nō potest cognosci de angelo quid est: sed solū, an sit. sed dicendū, quod Adā per aliquē effectum intelligibilē angelos cognoscere poterat, secundum id, quod dicit Auic. quod intelligentias esse in nobis, nihil aliud est, quam impressiones earum esse in nobis.

¶ 3 Sed contra, quod recipitur in aliquo, recipitur in eo per modum eius in quo recipitur: sed modus animæ humanæ est infra modum angelicæ naturæ. ergo impressio facta ab angelo in animam humanam, siue lumen angelicum quo mentē illuminat, est in anima humana inferiori modo ab angelica natura. Cū igitur anima cognoscat aliquid per modum quo cognitum est in ipsa, anima per huiusmodi impressionem non pertinget ad cognoscendum angelum, secundum quod est in essentia sua.

RESPON. Dicendū, quod duplex est cognitio, qua aliquid cognosci potest: vna, qua cognoscitur de re, an sit. & sic Adā in statu innocentie angelos cognoscebat, & naturali cognitione & diuina reuelatione, multo familiarius & plenius quā nos cognoscimus. Alia est, qua cognoscitur de re quod est, & hoc est cognoscere rem per essentia suam, & sic Adā, vt mihi videtur, angelos in statu innocentie non cognoscebat. Cuius rō est, quia duplex cognitio Adæ attribuitur, scilicet cognitio naturalis, & cognitio gratiæ. Quod autem cognitione naturali angelos per essentia nō cognouerit, ex hoc potest certum esse. In nullo genere potest passiuia naturalis se extendit ultra id, ad quod se extendit potentia actiua eiusdem generis: sicut potentia passiuia in natura nō inuenit, nisi respectu eorū ad quæ aliqua potentia actiua naturalis se potest extendere, vt Commen. dicit 9. Metaphys. in anima autē

D humana intellectu duplex potentia inuenitur, vna quasi passiuia, scilicet intellectus possibilis, & alia quasi actiua, scilicet intellectus agens. Vnde intellectus possibilis naturaliter nō est in potentia, vt in eo fiat, nisi ea quæ intellectus agens natus est facere. Quis per hoc non excludatur, quin aliqua alia in eo fieri possint operatione diuina: sicut & in natura corporali per operationē miraculi. Actiōne autē intellectus agentis nō sūt intelligibilia ea, quæ sunt de seipsis intelligibilia, cuiusmodi sunt essentia angelorū, sed ea, quæ sunt de seipsis potentia intelligibilia, qualia sūt essentia rerū naturalium, quæ per sensum & imaginationem capiuntur. Vnde in intellectu possibili naturaliter non fiunt, nisi illa species intelligibiles, quæ sūt a phantasmatibus abstractæ: per hōi autē species impossibile est peruenire ad intuentia essentiam substantiæ

E

separata, cū sint impropotionabiles, & quasi alterius generis cum ipsis essentis spiritualibus, & ideo naturali cognitione homo non pōt perungere, vt cognoscat angelos per essentia. Similiter nec Adā cognitione gratia hoc potuit. Cognitione n. gratia est eleuatio, quam cognitio natura: sed hac eleuatio potest intelligi, vel quantum ad intelligibile, vel quantum ad modū intelligendi: quantum ad intelligibile quidem per gratiam eleuatur cognitio hominis sine mutatione status, sicut cum per gratiam fidei eleuatur ad cognoscendum ea, quae sunt supra rōnem, & similiter per gratiam prophetiae: sed quantum ad modum cognoscendi non eleuatur humana cognitio, nisi status mutetur. Modus autē, quo naturaliter cognoscit intellectus eius, vt a phantasmatis accipiat, vt dictum est. Vnde, nisi homo in aliū statū mutetur, oportet quod etiā in cognitione gratiae, quae est per reuelationem diuinam, semp intellectus inspiciat ad phantasmata, & hoc est qd Dionys. dicit i. e. Cal. Hier. quod impossibile est nobis aliter lucere diuinū radiū, nisi varietate sacrorū velaminum circumuelatum. Adā autē in statu innocētia erat in statu viatoris. vnde in omni tali cognitione oportebat, quod aspiceret ad phantasmata. Isto autē modo cognoscendi non possunt essentiae angelorū videri, vt iam dictū est. Vnde nec naturali cognitione, nec gratuita Adā angelos per essentia cognouit, nisi forte ponamus eū per gratiam in altiore statu eleuatum, sicut fuit Paulus in raptu.

In isto art.

Parum ante med. illius.

In isto art.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ex illa auctoritate Greg. non potest haberi, nisi quod Adā angelos cognouit in quadam celsitudine visionis: non tamen tanta, quae pertingeret ad eorum essentiam. AD SECVNDVM dicēdū, qd si sopor Adē intelligatur talis ecstasis fuisse qualis raptus Pauli, nihil phiberet dici quod in illo raptu angelos per essentia viderit: sed hoc erat supra eōm modū cognitionis, qui tūc sibi cōpeterat. Si autē sopor ille nō talis ecstasis intelligatur fuisse, vt Adā secūdū quid in statu beatorum eleuaretur: sed sicut solet mens prophetarū eleuari ad diuina mysteria intuēda, sicut verba glōsae sonare videntur, tunc dicitur particeps angelicae curiae fuisse per quandā cognitionis eminentia: quae tamen vsq; ad eorum essentiam non pertingebat.

AD TERTIVM dicēdū, qd Adā habuit cognitionē angelorū, inquantū erant pp ipsum facti. Sciuit. n. eos esse cōsortes suae beatitudinis, & ministros suae salutis i via, inquantū cognouit distinctionē ordinū, & eorū officia multo meli⁹, quā nos cognoscām⁹.

AD QVARTVM dicēdū, qd difficultas in intelligendo accidit dupliciter. Vno modo, ex parte cognoscibilis: alio modo, ex parte cognoscentis. Ex parte cognoscibilis difficultus est facere aliqd intelligibile, & intelligere ipsum, quā intelligere id, qd est in se intelligibile: sed ex parte cognoscentis pōt esse difficultus ad cognoscendū quā id, quod est in se intelligibile, & hoc cōuenit intellectū humano pp hoc, quod non est proportionatus ad intelligendum naturaliter essentias separatas, ratione iam dicta.

In corp. art.

AD QVINTVM dicēdū, quod intellectus Adā nō patiebatur defectū alicuius pfectionis, quae sibi inesse deberet: habebat tñ aliquos defectus naturales, inter quos vnus erat quod oportebat eum in cognoscendo ad phantasmata inspicere, quod quidem intellectū humano naturaliter cōuenit, ex hoc quod est in infimis in ordine intellectuū.

AD SEXTVM dicendum, qd intellectus pōt abstractendo peruenire ad quidditatem rei naturalis, non habētem aliam quidditatem, quam quidē intelligere pōt: quia eam a phantasmatis abstractit, & est facta intelligibilis p lumen intellectus agentis, ex quo hēt qd ea possit perfici sicut ppria perfectione: sed ex hac quidditate non pōt allurgere ad cognoscendum essentia substantiae separatae, eo quod illa quidditas est omnino deficiens a representatione illius quidditatis, cum non omnino eodē modo quidditas inueniatur in substantijs separatis, & rebus materialibus: sed quasi equiuoce, vt dicit Commentar. 3. de Anima. Dato etiam quod per hanc quidditatem possit cognoscere quidditatem substantiae separatae in quodam communi: non tamē ad hoc poterit essentiam angeli, ita quod sciret differentia trinitatis, quae essentia separatae ab alijs essentijs separatis.

AD SEPTIMVM dicēdū, qd intellectus humanus, quāuis ab intelligibili excellit non contempnit inuenitur in eo defectus pportionis ad hoc, qd naturaliter possit perungere ad maxima intelligibilia. vnde ex verbis philosophi non potest haberi, quod maxima intelligibilia intelligat: sed solū hoc quod si ea intelligeret, non minus intelligeret alia.

AD OCTAVVM dicēdū, qd hanc quaestione Philo. insolutam dimisit in 3. de Aīa, vbi quirit vtrū intellectus coniunctus possit separata intelligere nec alibi inuenit eam soluite in libris eius, qui ad nos peruenant: sequētes vero ipsum in hoc discordauerunt.

Quidam. n. dixerunt, quod intellectus noster non pōt perungere ad intelligēdum separatas essentias. Quidam vero posuerunt, quod ad hoc pertingere possit. horum autem quidam vsi sunt rationibus insufficientibus, sicut Anempace, cuius est ratio modica de quidditate, & Themistius, cuius est ratio modica de facilitate intelligendi, quas Commentar. 3. de Anima soluit. Quidam vero vsi sunt positionibus extraneis, & contra fidem, sicut Alex. & ipse Commentar. enim dicit, quod intellectus possibilis cum sit generabilis & corruptibilis, secundum eum nullo modo potest perungere ad hoc, quod substantias separatas intelligat: sed in fine suae pfectionis pertingit ad hoc, qd intelligentia agens, quae ponit quandam substantiam separata, comparatur nobis quasi forma, & in illo statu intelligimus per intelligentiam agētem, sicut nunc intelligimus per intellectū possibilem, & quia intelligentia agens cum sit substantia separata intelligit substantias separatas, inde est quod in illo statu, intelligimus substantias separatas, & in hoc consistit vltima felicitas hominis secundum eum: sed quia non videtur esse possibile quod id, quod est in corruptibile & separatum ut intellectus agens, continuetur vt forma intellectū possibili, qui secundum Alexandrum est corruptibilis & materialis, ideo alijs vsus est, qd ipse intellectus possibilis sit separatus & in corruptibilis. vnde Themistius dicit, quod intellectus possibilis est etiam separatus, & quod in natura est ad lumen intelligere, res materiales: sed etiam substantias separatas, & quod intelligibilia eius non sunt noua, sed aeterna, & qd intellectus speculatiuus quo nos intelligimus, est compositus ex intellectu agente & possibile: sed si hoc est, cum intellectus possibilis a principio nobis cōtinuetur, tunc ab ipso principio substantias separatas cognoscere possemus, & ita cōmē. tertiam viā ponit mediā inter opinionem Alexandri, & Themistij, dicit. n. intellectum possibilem

bilem esse separatum & aeternum in quo convenit cum Themistio & differt ab Alexandro. dicit tñ intelligibilia speculativa esse nova & effecta p actionem intellectus agentis, & in hoc convenit cū Alexandro, & differt a Themistio. Et hæc dicit habere duplex esse. vnum quo fundatur in phantasmatibus, & em hoc sunt in nobis. Aliud quo sunt in intellectu possibili, vnde mediantibus istis intelligibilibus intellectus possibilis nobis cōtinuatur. Ad hæc autem intelligibilia intellectus agēs se habet sicut forma ad materiam. Cum enim intellectus possibilis recipiat hmōi intelligibilia. q̄ in phantasmatibus fundantur, & iterum intellectum agentem, & intellectus agēs sit perfectior, oportet quod proportio intellectus agentis ad huiusmodi intelligibilia, quæ sunt in nobis, sit sicut proportio formæ ad materiam, sicut proportio lucis & coloris adinveniem quæ recipiuntur in diaphano, & similiter est de omnibus receptis in vno, quorū vnum est altero perfectius. Quādo igitur in nobis compleitur generatio hmōi intelligibilem, tunc intellectus agēs perfecte coniungitur nobis vt forma, & sic nos per intellectum agentem poterimus substantias separatas cognoscere, sicut possumus nos cognoscere per intellectum qui est in habitu: patet ex dictis istorū Philosophorum quod non poterant inquirere modum quo intelligeremus substantias separatas, nisi intelligendo per aliquam substantiam separatam. Quod autem intellectus possibilis & agēs sint substantiæ separatae, non est consonum veritati fidei, nec sententiæ Philosophi, qui in 3. de Anima ponit intellectum agentem & possibilem esse aliquid humanæ anime. Et ideo hac positione retenta, non videtur esse possibile quod naturali cognitione homo pertingat ad cognoscendum essentias separatas.

AD NOVVM dicendū, q̄ homo in statu innocentie per hoc, quod intelligebat aliquid intelligibile perfecte, cognoscebat perfecte actū intelligendi, & quia actus intelligendi est effectus proportionatus, & adæquans virtutē a qua exit, inde est quod intelligebat perfecte essentiam animæ suæ. Sed ex hoc non sequitur quod intellexit essentiam angeli, cum iste actus intelligendi nō adæquet virtutem intellectus.

AD X. dicendum, q̄ sicut natura angelica est media inter naturam divinam, & corporalem, ita cognitio qua cognoscitur essentia angelica, est media inter cognitionem, qua cognoscitur essentia divina, & qua cognoscitur essentia rei materialis. Sed inter duo extrema possunt esse multa media, nec oportet quod quicumque excedit vnum extremorum quod pertingat ad quodlibet medium: sed pertingit ad aliquod medium: homo enim in statu innocentie ad aliquod medium pervenit, ad hoc scilicet ut notitiam Dei acciperet, non ex sensibilibus creaturis: sed ex revelatione interna, non autem ad hoc medium, vt cognosceret essentiam angelicam, ad quod tamē medium angelus in sui creatione nondum beatus pervenit.

ARTICVLVS VI.

Vtrum Adam in statu innocentie errare potuerit, sine decipi.

SEXTO quæritur vtrum Adam in statu innocentie errare potuerit siue decipi. Et videtur quod sic, quia, vt dicit Ambrosius, omne peccatum est ex errore: sed Adā potuit peccare, ergo potuit errare. ¶ 1. Præ. Voluntas nō est nisi de bono, vel æstimato bono: cū aut volūtas est de bono, nō peccat. nūquā

A ergo est peccatum nisi præcedat æstimatio qua æstimatur aliquid bonum, & nō est: omnis autem talis æstimatio deceptio quadam est: ergo Adam antequam peccaret in statu innocentie deceptus fuit.

¶ 3. Præ. Magister dicit 2. Sent. Dist. 2. 1. q̄ ideo mulier non horruit serpētē loquētē, quia cum nouerit creatū esse, ēt officiu loquendi a Deo accepisse putauit: hoc autē falsum est, ergo mulier falsum opinata est antequam peccaret, ergo decepta fuit.

¶ 4. Præ. Sicut Magister ī eadē dist. dicit & Aug. sup Gen ad literā ī tali specie pmisus est venire diabolo, in qua eius malitia facile posset deprehēdi: sed ī qua cūq; specie venisset, potuisset deprehēdi, si hō in statu innocentie decipi nō potuisset, ergo decipi potuit.

B ¶ 5. Præ. Mulier audita promissione serpentis sperauit illam se consequi posse, alias stulte appetiisset, cum tamen stultitia ante peccatum non fuerit: sed nullus sperat quod opinatur esse impossibile. ergo cū esset impossibile id qd̄ diabolus promittebat, vt q̄ mulier ante peccatū hoc credēs decepta fuerit.

¶ 6. Præ. Intellectus hominis in statu innocentie collatius erat & deliberatione indigens, non autē indigebat deliberatione nisi ad vitandum errorem, ergo errare poterat in statu innocentie.

¶ 7. Præ. Intellectus dæmonis cū nō sit corpori cōiunctus, vt esse multo pspiciatior quā intellectus hōis in statu innocentie, q̄ erat corpori cōiunctus: sed diabolus decipi pot, vñ dicit sancti q̄ qñ dæmones videbāt Christū infirma patētē, existimabāt eū purū hominē: qñ autē miracula facientē, Deū, ergo multo fortius homo in statu innocentie decipi potuit.

C ¶ 8. Præ. Dā homo primo peccato peccauit, ī actu ipso nō dū erat ī statu culpæ, q̄ cū status culpæ causetur ex peccato, ante primū peccatum fuisset aliud peccatū: sed ī actu quo primo homo peccauit, deceptus fuit, ergo an̄ statū culpæ homo decipi potuit.

¶ 9. Præ. Dama. dicit 2. lib. hæc. s. cognitio fallax ad extiterat nouiter plasmato: sed quicūq; habet fallacem cognitionem decipitur, ergo Adam deceptus fuit in ipsa nouitate suæ plasmationis.

¶ 10. Præ. Speculatiua cognitio est cōtra affectionē diuisa: sed pot esse peccatū in affectiua sine hoc qd̄ sit aliqua deceptio in speculatiua parte, multoties, n. habentes sciētā contra sciētā agimus, ergo & potuit esse in primo homine deceptio in parte speculatiua antequam esset peccatum in affectiua.

D ¶ 11. Præ. Sicut hī super illud 1. Thim. 2. Adā nō est seductus, &c. dicit glo. Adam non fuit seductus eo modo quo mulier, vt putaret esse verum qd̄ diabolus suggerebat: eo tamē fuisse seductū credi pot, q̄ cōmissum veniale putauerit quod erat peremptorium, ergo Adam ante peccatum decipi potuit.

¶ 12. Præ. Nullus liberat a deceptione nisi p notitiā veritatis: sed Adā nō oīa sciebat, ergo nō ī oīb⁹ poterat esse immunis a deceptione. Sed dicendū, q̄ seruabatur per diuinā prouidentiam a deceptione.

E ¶ 13. Cōtra, Diuina prouidentia maxime ī necessitatibus subuenit: sed ī maxima necessitate qua fuisset ei vtilissimū a seductione liberari diuina prouidentia nō seruauit eū a seductione illēsu, ergo multo minus ī alijs fuisset diuina prouidentia a seductione liberatus.

¶ 14. Præ. Homo in statu innocentie dormiuisset, vt dicit Boet. ī lib. de Duabus naturis, & eadē rōne somniasset: sed in somnio quilibet homo decipitur cum aqualiter similitudinibus rerū inhæreat quasi reb⁹ ipsis, ergo Adā in statu innocentie decipi potuit.

¶ 15. Præ. Adā sensib. vsus fuisset corporalibus. Sed Quæst. disp. S. Tho. FFF 4 in

Lib. 2. ferr. di. 2. para. 6. 1. filius.

Sent. lib. 2. dist. 2. 1. 1. tu per Gen. c. 3. adiu. & c. 27. 10. 3.

Cap. 11. non procul. a fine.

Gloss. inter linearis ibi.

Circa finem illius.

in cognitione sensitiva frequenter accidit deceptio, sicut eū vnum videtur duo: & cum id, quod a remotis videtur, paruum videtur, ergo Adam in statu innocentia non fuisset omnino a deceptione liber.

Et. 1. de lib. arbi. cap. 18. circa fi. to. 1.

SED CONTRA, Approbare vera pro falsis, sicut dicit Aug. non est natura instituti hominis: sed poena damnati. ergo in statu innocentia non potuit decipi, quod est vera pro falsis approbare.

¶ 2 Præ. Aia nobilior est corpore: sed in statu innocentia homo nullū defectū pati potuit in corpore. ergo multo minus deceptionē q̄ est aia defectū.

Ench. 22. 17. circa fi. 13.

¶ 3 Præ. In statu innocentia nihil poterat esse contra hominis voluntatē, quia sic potuisset ei inesse dolor: sed decipi est in hominibus contrarium voluntati secundum Aug. etiam his, qui decipere volunt, ergo in statu innocentia decipi non poterat.

¶ 4 Præ. Ois error vel est culpa vel poena, quorum neutrum in statu innocentia esse poterat. ergo nec error.

De prædest. Sancti. cap. 5. non procul a fine to. 7.

¶ 5 Præ. Quando id, quod est superius in anima, dominatur inferiori, non potest esse error: quia per id, quod est superius in anima. s. synderesim & intellectum principiorum, tota cognitio hominis rectificatur: sed in statu innocentia id, quod est inferius in homine, erat a ratione superiori subiectum, ergo non poterat esse tunc deceptio.

¶ 6 Præ. Secundum Aug. posse credere est natura hominum, credere vero gratia fidelium. ergo eadem ratione posse decipi est natura, decipi autem vitium: sed in statu innocentia non erat vitium, ergo nec poterat tunc esse deceptio.

¶ 7 Præ. Sicut dicit Dam. in 2. lib. homo in statu innocentia dulcissimo fructu contemplationis lasciuens, etiam hac, scilicet contemplatione usus est: sed cum homo conuertitur ad diuina non decipitur, ergo Adam in statu illo non poterat decipi.

¶ 8 Præ. Hiero. dicit. Quicquid mali patimur, peccata nostra meruerunt: sed deceptio est malū, ergo ante peccatum esse non potuit.

RESPON. Dicendū, qd̄ circa hoc est duplex opinio. Quidam. n. dicunt qd̄ cum Adam non habuerit simpliciter omnium rerum scientia: sed quadam cognouerit, & quadam ignorauerit, in his quorum notia habebat, nullo modo decipi poterat, vt in his, q̄ naturaliter cognoscuntur, & in his, quæ sibi diuinitus reuelabantur: in alijs autē quorū scientia nō habebat, sicut sunt cogitationes cordiū, & futura contingentia, & singularia a sensu absentia, poterat quidem falsam estimationē h̄re, leuiter in hmōi aliqd̄ falsum opinando, non autē ita quod præcise assensum præberet, & ideo dicunt quod in eū error cadere non poterat, nec iterum falsa pro veris approbare, quia in his designatur præcise assensus ad id, qd̄ est falsum. Alij vero hoc dictū improbare nituntur, ex hoc quod Aug. omnē falsam estimationē errorem nominat, & dicit etiam oēm errorē malū esse, in magnis quidem magnum, in paruis autē paruū: sed in hoc non est multum insistendum: quia cū de rebus agitur, debet questio nominum intermitteri, vnde dico quod non solū in statu innocentia non potuit error esse, sed nec qualiscūque falsa opinio, quod sic patet: quāuis. n. in statu innocentia poterit esse alicuius boni carentia, nullatenus tamē esse poterat aliqua corruptio boni. Bonum autē ipsius intellectus est cognitio veritatis, & ideo habitus illi quibus intellectus perficitur ad cognoscendū verū, virtutes dicuntur, vt dicitur 6. Ethic. vtpote intellectus actum bonum reddentes. Falsitas autem non

Ench. 17. tom. 4.

C. 3. 5. & 6. tom. 5.

solū est carentia veritatis: sed et ipsius corruptio, non. n. sic se habet ad veritatem ille, qui omnino caret veritatis cognitione in quo est carentia veritatis, quāuis contrariū non opinetur, & ille qui habet falsam opinionē cuius estimatio corrupta est per falsitatem, vnde sicut verū est bonum intellectus, per falsum malum ipsius, pp̄ quod habitus opinatus non est virtus intellectualis: q̄a eo contingit falsum dicere, vt dicit 6. Eth. Nullus autē actus virtutis malus esse potest, ac si ipsa opinio falsa, sit quidā malus actus intellectus. vnde cum in statu innocentia nō fuerit aliqua corruptio vel aliquod malum, non potuit esse in statu innocentia aliqua falsa opinio.

COMMENTATOR in 3. de Anima quod falsa opinio ita se habet in cognoscibilibus, sicut monstrum in natura corporali. Est. n. falsa opinio proventis per intentionem ipsorum primorum principiorum, q̄ sunt quasi virtutes seminales cognitionis, sicut motus aequi uentis praeter intentionem virtutis naturalis agentis, & hoc ideo, q̄a omne malum est per intentionem, vt dicit Dio. 4. c. de di. no. vnde sicut in corruptione humani corporis: in statu innocentia nulla monstruositas accidit, ita in intellectu nulla falsitas esse potuisset. Quod itē patet ex hoc, qd̄ semper cōiungit inordinatio, q̄n aliqd̄ mouet a proprio motu, sicut si volūtas moueat delectabilem sensum, cū debeat tantūmodo moueri ab honesto, proprium autē motuum intellectus est verū, quod h̄t infallibilem veritatē, unde quicquid intellectus mouet ab aliquo fallibili signo, est aliqui inordinatio in ipso, siue p̄fecte siue imperfecte moueatur, vnde cum nulla inordinatio in statu innocentia in intellectu hominis esse potuerit, numquā intellectus hominis inclinatus fuisset magis in vnam partem q̄ in aliam nisi ab infallibili aliquo motu. Ex quo patet, quod non solū in eo nulla falsa opinio fuisset: sed penitus nulla opinio in eo fuisset, quicquid cognouisset fm̄ certitudinē cognouisset.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod error ille quo omne p̄ctū procedit, est error electionis, qui eligit quod eligendum non est, fm̄ quem oīs malus ignorans dicitur a Philosopho in 3. Eth. hic autē error præsupponit inordinationem in parte appetitus. Ex hoc enim quod appetitus sensibilis afficitur ad suum delectabile, & appetitus superior ei non repugnat, impeditur ratio, nec id, quod habitus intelletus habet in electionem deducit, & sic patet quod ille error omnino non præcedit peccatū: sed sequitur.

AD SECUNDUM dicendum, qd̄ illud quod appetitū dicitur vt apprensū bonum, non potest esse omnino non bonum: sed fm̄ aliquid bonum est, & secundū hoc ut bonum apprehenditur a principio: ut pote cum cibis nocuus apprehendit in usu decorus & delectabilis gustu, & cū appetitus sensibilis in hmōi bonum fertur sicut in proprium obiectum: sed quia superior appetitus inferiorem sequitur, tunc sequitur illud quod est bonum secundum quid, ut bonum sibi simpliciter, & sic ex deordinatione appetitus sequitur postmodum error electionis, ut dictum est.

AD TERTIUM dicendum, quod hæc ratio contra vtrāque opinionē v̄ esse, si intelligamus quod mulier crediderit ex natura sua serpentem accepisse loquendi usum, cum illi qui hōem in statu innocentia credūt falli potuisse, nullo modo credunt eū falli potuisse in iudicijs naturis rerū, cū rerū naturalium plenā cognitionē habuerit. hoc autē est contra naturam serpentis, quod usum loquēdi habeat per naturam

ram cum hoc solū sit aīalis rōnalis . Et ideo oportet dicere, qđ nō creditur mulier serpenti vsum loquendi accepisse fm naturā suam, sed secundū aliquam virtutem in eo occulte interius operantem, nec contulit an esset a Deo, veta damone.

AD QVARTVM dicendū, qđ rō illa sic intelligēda est, quare in spē serpētis apparuerit, nō qđ deprehēdi nō posset in quacumq; specie appareret: sed quia in tali specie apparēs facilius poterat deprehēdi.

AD QVINTVM dicēdū, qđ mulier speravit se aliquo mō posse cōsequi, qđ serpēs pmisit, & creditur hoc aliquo mō esse possibile, & in hoc seducta fuit fm Ap. 1. Thim. 2. sed istam seductionē præcessit qđam mentis elatio, qua suam excellentiam inordinate appetijt, quā concepit statim ad verba serpētis: sicut homines frequenter ad verba adulatoria supra seipos efferunt. Et hæc quidē elatio præcedens fuit excellentiæ propriæ in generali, quæ est primum peccatum, quod consecuta est seductio, quia creditur esse verum, qđ serpēs dicebat, & sic consecuta est elatio, qua determinate hanc excellentiam appetijt, quam serpens promittebat.

AD SEXTVM dicēdum, qđ intellectus hominis in statu innocentie indigebat deliberatione ne incidere in errorem, sicut indigebat comestione, ne corpus eius deficeret. Erat autē ita recte deliberationis, vt deliberatio posset omnē errorē vitare: sicut comedēdo omnē defectū corporalē, vnde sicut si nō comederet, peccaret omittēdo, ita si nō deliberaret cum tēpus esset, & sic error peccatum sequeretur.

AD SEPTIMVM dicendū, qđ sicut hō in statu innocentie defendebatur a passione corporali intrinseca, sicut est febris, & hmōi, per efficaciam naturæ ab exteriori autē sicut est percussio, vel vulnus, nō ex aliqua virtute interiori, cum nō haberet dotē impassibilitatis, sed ex providētia diuina, quæ eum ab omni nocimento seruabat immundē: ita etiā ab illa deceptione qđ interius contingit, cū aliq; p seipsū paralogizat, defendebatur vigore propriæ rōnis: ab exteriori autē deceptione defendebat auxilio diuino, qđ sibi ad oīa necessaria tūc aderat, demonibus autem non adest, & propter hoc decipi possunt.

AD OCTAVVM dicendū, quod actus momentanei simul dum esse incipiunt, suum effectum habent: sicut in eodem instanti quo aer illuminatur, oculus videt. vnde cum motus voluatis in quo primo consistit peccatum sit in instanti, in eodem instanti quo peccauit fuit a statu innocentie destitutus, & sic decipi potuit in illo instanti.

AD NONVM dicendū, qđ Damasc. dicit de fallacia primi hominis qua in ipso peccato deceptus ē, qđ quidē peccatū nouiter plasmatus commisit, nō enim diu in statu innocentie perseverauit.

AD X. dicēdū, qđ ex hoc, qđ aīa hominis in statu innocentie cōiuncta erat summo bono, nō poterat aliq; defectus in homine esse quādiu talis cōiunctio continuaret: hæc autē cōiunctio facta erat principaliter p affectū, vnde antequā affectiua corriperet, nec deceptio in intellectu, nec aliquis defectus in corpore esse poterat, quāuis econuerso potuerit esse defectus in affectu, nō præexistente defectu in speculatiuo intellectu, eo quod cōiunctio nō perficitur ad Deum in intellectu: sed in affectu.

AD XI. dicēdū, qđ illā fallā opinionem qua creditur esse veniale, quod erat mortale in Adam, præcessit mentis elatio: sicut & de muliere dictum est.

AD XII. dicendū, qđ in his, quorum notitiam

A nō habebat, a deceptione defendi poterat, partim ab interiori, quia eius intellectus in alteram partē inclinatus non esset nisi a sufficienti motiuo: partim & principalis a diuina providentia, quæ eum a deceptione seruasset immunem.

AD XIII. Dicendū, qđ in statu quo peccauit, diuinum ei auxilium non defuisset ne seduceretur, si ad Deum se conuertisset: quod quia non fecit, in peccatum, & seductionem cecidit: & tamen illa seductio peccatum consecuta est, vt ex dictis patet.

AD XIV. Dicendū, qđ quidam dicunt, quod Adam in statu innocentie nō somniasset: sed istud non est necessarium, somnij. n. visio non est in parte intellectiua, sed in sensitiua. vnde deceptio non fuisset in intellectu, qui liberum vsum in somno nō habuisset: sed magis in parte sensitiua.

AD XV. Dicendū, qđ qñ sensus repræsentat, qđ accipit, non est falsitas in sensu, vt Aug. dicit in lib. de Vera Rel. sed falsitas est in intellectu, qui iudicat hoc modo esse in rebus sicut sensus demonstrat, quod nunquam in Adam fuisset, quia vel a iudicio cessasset intellectus, ut in somnis, vel in uigilando de sensibilibus iudicans, verum medium habuisset.

ARTICVLVS VII.
Vtrum pueri ex Adam in statu innocentie nascentes plenam veram omnium scientiam habuissent, sicut habuit Adam.

C SEPTIMO quaeritur, vtrum pueri, qui ex Adam in statu innocentie nascerentur, plenam rerum omnium scientiam habuissent, sicut & Adam habuit. Et videtur quod sic, quia fm Ansel. qualis fuit Adam tales filios genuisset: sed Adam omnium naturalium scientiam plenam habuit, ut dictū est prius, ergo & illam eius filij mox nati habuissent.

¶ 2 Præ. Sicut affectus perficitur virtute, ita intellectus scientia: sed filij Adam in statu innocentie nati, mox cum plenitudine virtutum nati essent, transfundisset. n. in eos originalem iustitiam, vt dicit Ansel. ergo & similiter omnem scientiam habuissent.

¶ 3 Præ. Secundum Bedam, infirmitas, concupiscentia, ignorantia, & malitia consequuntur ex peccato: sed in pueris mox natis nulla fuisset malitia, vel infirmitas, vel concupiscentia, ergo nec ignorantia aliqua, & ita habuissent omnem scientiam.

¶ 4 Præ. Magis decussit eos nasci perfectos in anima quam in corpore: sed in corpore absque omni defectu nati fuissent, ergo & in anima absque omni ignorantia.

¶ 5 Præ. Homo in statu innocentie secundum Damasc. fuit alius angelus: sed angelus mox in sua conditione omnium naturalium notitiam habuit. ergo & eadem ratione homines in statu innocentie.

¶ 6 Præ. Eiusdem naturæ fuit anima Adæ, & anima filiorum eius: sed anima Adæ in sui principio condita fuit omni plena scientia naturali, ut dictū est. ergo & animæ filiorum in eadem plenitudine scientie conderentur.

¶ 7 Præ. Maior perfectio cognitionis debetur homini quam alijs animalibus: sed alia animalia mox nata habent naturalem æstimationem convenientis, & nocitiæ, sicut agnus mox natus fugit lupum, & sequitur matrem. ergo multo fortius pueri in statu innocentie perfectam scientiam habuissent.

SED IN CONTRARIVM est auctoritas Hugo. de S. Victore, qui dicit, quod non fuissent nati perfecti in scientia, sed ad eam per temporis spatium peruenissent.

In fol. ad 5. argu.

Ca. 26. à medio. rom. 1.

1. p. q. 101. art. 1.

Lib. de peccato originali. cap. 10. à medio, & c. 22. in med.

Loco nunc dido.

Lib. 1. de facta. p. 4. c. 16.

¶ 2 Præ.

¶ 2 Præter. Cum anima sit corporis perfectio, oportet proficere proportionaliter animam ad corpus: sed pueri in statu innocentia non habuissent perfectam staturam in corpore, sicut Adam habuit in principio suae conditionis, ergo eadem ratione nec habuissent plenam scientiam sicut Adam habuit.

¶ 3 Præter. Filiorum est accipere a patre esse, naturam, & disciplinam: sed si filij Adam mox nati habuissent plenam scientiam, ab eo disciplinam non potuissent accipere, ergo non seruaretur inter eos, & primum parentem completus paternitatis ordo.

RESPON. Dicendum, quod circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quod pueri in statu innocentia quantum ad ea, quae sunt animae, perfecti fuissent, sicut & Adam, & quantum ad uirtutes & quantum ad scientiam. Quod autem non essent perfecti quantum ad corpus, hoc erat propter necessitatem materni uteri, quia oportebat nasci. Alij vero sequentes Hug. dicunt, quod sicut secundum corpus non statim acceperunt perfectam staturam: sed ad eam profecerunt tempore, ita ad perfectam scientiam tempore peruenerunt. Ut autem sciatur quae istarum opinionum verior sit, sciendum est, quod alia ratio est de Adam & de filiis eius mox natis. Adam enim quia instituebatur ut principium totius humani generis oportuit ut statim conditus non solum haberet id, quod pertinet ad principium naturalis perfectionis, sed id, quod pertinet ad terminum. Filij autem eius, qui non constituebantur ut principium humani generis, sed ut ex principio existentes, non oportebat in termino perfectionis naturalis institui. Sufficiebat autem si habebant tantum de perfectione mox nati, quantum initium perfectionis naturalis requirit. Initium autem naturalis perfectionis, quo ad cognitionem secundum duas opiniones diuersimode assignatur. Quidam enim ut Platonici, posuerunt quod anima ad corpus uenit plena omnibus scientijs, sed nubes corporis opprimitur, & impeditur ne scientia habita libere ut possit nisi quantum ad quaedam uniuersalia: sed postmodum per exercitium studij & sensuum hominum impedimenta tolluntur ut libere sua scientia uti possit, & sic discere dicunt esse idem quod reminisci. Quod si haec opinio uera esset, tunc oporteret dicere quod pueri mox nati in statu innocentia omnium scientiam habuissent, quia corpus illud in statu innocentia illo, erat omnino subditum anime, quia per molem corporis non potuisset anima ita opprimi ut suam perfectionem omnino amitteret. Sed quia haec opinio procedere uult ex hoc quod eadem ponitur natura Angeli & anime, ut sic anima in sui creatione plenam scientiam habeat, sicut & intelligentia de esse plena formis creata, ratione cuius Platonici dicebant animas fuisse ante corpora, & post corpus redire ad comparas scissas, quasi quasdam intelligentias, quae quidem opinio non est consona catholicae ueritati, ideo secundum opinionem Arist. alij dicunt quod intellectus humanus est ultimus in ordine intelligibilium, sicut materia prima in ordine sensibilibus, & sicut materia secundum sui essentiam considerata nullam formam habet, ita intellectus humanus in sui principio est sicut tabula, in qua nihil scriptum est, sed postmodum in eo scientia per sensus acquiritur uirtute intellectus agentis. Si cigitur principium naturale humanae cognitionis est esse quidem in potentia ad omnia cognoscibilia, non habere autem a principio notitiam nisi eorum, quae statim per lumen intellectus agentis cognoscunt sicut principia uni-

uersalia. Et sic non oportuit filios Adae mox natos omnium scientiam habuisse, sed ad eam tempore proficere peruenissent. Sed tamen aliqua scientiam in eis ponere perfecta oportet. Feligendorum, & uirtuorum scientiam, quae ad prudentiam pertinet, quia sine prudentia ceterae uirtutes esse non possunt, ut probatur 6. Ethic. quas uirtutes oportebat pueros habere propter originalem iustitiam. Et haec opinio mihi uidetur uerior, si consideretur id, quod natura integritas requirebat. Si autem aliquid aliud ex diuina gratia eis fuisset collatum supra id, quod naturae integritas requirebat, hoc asseri non potest, cum non habeatur ex auctoritate exprellum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod qualis fuit Adam, tales filios genuisset quantum ad ea, quae sibi debebantur ex natura speciei: sed quantum ad ea, quae sibi debebantur, ut erat principium humani generis, non oportebat, quod filij ei similes nascerentur.

AD SECUNDUM dicendum, quod ad perfectam cognitionem cum Deo, quae status innocentiae requirebat, omnes uirtutes requiruntur, non autem omnes scientiae.

AD TERTIUM dicendum, quod quamuis pueri mox nati non habuissent omnem scientiam, non tamen ignorantiam habuissent, quae ex peccato consequitur, quae est nescientia eorum, quae sciri debent, habuissent enim nescientiam eorum, quae status eorum non requirebat, ut sciatur.

AD QUARTUM dicendum, quod in corpore puero non fuisset aliquis defectus quo priuaretur bono, tunc eis debito. Erat tamen in eorum corporibus carentia alicuius boni, quod eis postmodum accessisset, sicut statura perfecta, & donum gloriae, similiter est dicendum ex parte animae.

AD QUINTUM dicendum, quod angelus secundum gradum naturae sunt altiores animabus, quamuis quantum ad beneficium gratiae anime eis possunt esse aequales. Unde non oportet de necessitate concedere, quod angelo naturaliter debetur. In statu autem innocentiae dictus est homo quasi alius angelus, propter similitudinem gratiae.

AD SEXTUM dicendum, quod quamuis anima Adae & animae filiorum eius fuerint eiusdem naturae, non tamen eiusdem officij, quia anima Adae constituebatur, ut quodammodo, unde in posteros omnis disciplina perueniret, & ideo oportebat eam statim esse perfectam, quod non oportuit de animabus filiorum.

AD SEPTIMUM dicendum, quod animalia bruta in sui principio accipiunt naturalem estimationem ad cognoscendum nocuum, & conueniens, quia ad hoc ex propria inquisitione peruenire non possunt. homo autem ad haec, & multa alia potest per rationis inquisitionem peruenire: unde non oportuit, quod omnis scientia naturaliter insit. Et tamen scientia operabilium ad prudentiam pertinet, est homini naturalior, quam scientia speculabilium, unde quidam inueniuntur naturaliter prudentes, non autem naturaliter scientes, ut dicitur Ethic. 6. & propter hoc prudentiam non obliuiscuntur homines de facili sicut scientiam. Et ideo pueri magis tunc fuissent perfecti in his, quae pertinent ad prudentiam, quam in his, quae pertinent ad scientiam speculabilem, ut dictum est.

ARTICVLVS VIII.

Utrum pueri mox nati in statu innocentiae usum rationis plenarie habuissent.

OPORTET queritur, utrum pueri mox nati in statu innocentiae usum rationis plenarie habuissent. Et

Lib. 1. de 5.
p. 6. cap. 26.
tom. 3.

Et videtur quod sic: quia si impediti fuissent, hoc non fuisset, nisi propter defectum corporis: sed corpus in statu illo in nullo resistebat animæ. ergo nec poterat vsus rationis impedi.

¶ 2 Præ. Virtus vel potentia, quæ non vitur organo, nõ impedit in sua operatione pp organi defectum: sed intellectus est potentia nõ vitens organo, nõ impedit in 3. de Anima. ergo actus intellectus nõ poterat tunc impedi pp defectum organi corporalis. Si dicatur quod impediatur propter defectum corporis, inquantum intellectus accipiebat a sensibus,

¶ 3 Cõtra, intellectus est superior quæ aliqua sensitiua potentia: sed hoc vñ esse inordinatum, qd superius ab inferiori accipiat, cum igitur nulla inordinatio fuerit in natura hois in statu illo, videtur quod non oportuisset intellectum a sensibus accipere.

¶ 4 Præ. Intellectus indiget sensibus ad hoc, vt per eos scientiam acquirat: cum autẽ scientia acquisuerit, non indiget eis, sicut nec homo equo postquã expleuit iter suum, vt dicit Auic. sed fm vnã opinionem, pueri in statu innocentie habuerunt plenitudinem omnium scientiarum. ergo non poterant impedi, quin vterentur scientia habita propter imperfectionem organorum sensibilibus.

¶ 5 Præ. Defectus organorum corporalium magis impedit sensum, quã intellectum: sed pueri nõ patiuntur tantum defectum corporalem, quin possint videre, & audire. ergo nec propter defectum corporalem eorum intellectus impeditur: sed vt videtur propter poenam primi peccati. hoc autem ante peccatum non fuisset. ergo tunc pueri plenũ vsũ intellectus habuissent, mox nati.

¶ 6 Præ. Sicut se habent aialia bruta ad naturalem aelimationem, ita se habet homo ad notitiã quam naturaliter habet: sed bruta aialia mox nata vti possunt naturali aelimatione. ergo & pueri mox nati vti poterant naturali notitiã ad minus primorum principiorum.

¶ 7 Præ. Sap. 9. corpus, quod corrumpitur &c. sed corpus in statu innocentie non erat corruptibile. ergo ex eo non aggrauabatur anima, quin liberum vsũ rationis haberet.

SED CONTRA, Omnis actio, quæ est communis animæ, & corpori, impeditur propter corporis defectum: sed intelligere est actio animæ, & corpori communis, vt patet in 1. de Anima. ergo ex defectu siue imperfectione, quam patiebantur pueri in corpore, vsus rationis poterat impedi.

¶ 2 Præ. Secundũ Philosophum in 3. de Aia, nequaquã sine phantasmate intelligit anima: sed vsus phantasie impedit propter defectum organi corporalis. ergo & vsus intellectus, & sic idẽ quod prius.

RESPON. dicendum, quod circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quod pueri in statu innocentie habuissent plenũ vsũ omnium membrorum, & ista ineptitudo membrorum, quæ in pueris nunc videtur, scilicet vt non possint vti pedibus ad incedendum, manibus ad scalpendum, & sic de alijs, totaliter ex primo peccato prouenit. Alij autem considerantes huiusmodi ineptitudines ex principijs naturalibus causari, vt pote ex humiditate, quam necesse est in pueris abundare, dicunt qd in statu innocentie membra puerorum non fuissent omnino habilia ad suos actus, quãuis nec omnino ita deficeret sicut & modo: quia nunc cũ eo, quod est naturæ additur id, quod est corruptionis. Quæ quidẽ opinio probabilior videtur. vnde cum

A necessarium sit humilitatem præcipuẽ in cerebro abundare in pueris, in quo vis imaginatiua, & æstimatoria, & memoratiua, & sensus communis organa sua habent, harum uirtutum actus necesse erat impedi, & per cõsequens intellectum, qui immediatè ab huiusmodi potentijs accipit, & ad eas conuertit se quando cumq; est in actu: & tamen nõ tantum fuisset vsus intellectus ligatus pueris. sicut nũc est. Si autem alia opinio esset vera, tunc in nullo vsus intellectus in pueris ligatus esset.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd anima à corpore dupliciter potest impedi. Vno modo per modum contrarietatis, in quantum corpus animæ resistit, & eam obnubilat, quod quidem in statu innocentie non fuisset. Alio modo per modum impotentie, & defectus in quantum. sc. corpus non est sufficiens ad oia illa explenda, ad quæ anima quantum est de se, sufficiens esset. Et hoc modo animam in statu innocentie à corpore fuisse impeditam, nihil prohibet. Sic. n. constat, quod per corpus impediatur ne obstrusa transiret, ne tanta facilitate locum mutaret, quãta cum est separata mutat, & per hũc modum impediatur ne vsũ potentiarum perfecte habere possit: in hoc tamen nullus dolor fuisset, quia anima propter sui ordinationem non impaferat, nisi quod corpus exequi possit.

AD SECUNDUM dicendum, qd quis intellectus nõ vitatur organo, trã accipit a potentijs, quæ organo vituntur. Et ideo pp impedimentum vel defectum corporalium organorum eius actus impeditur.

AD TERTIUM dicendum, qd species intelligibilis id, quod in ea formale est, per quod est intelligibilis actu, habet ab intellectu agente, quæ est potentia superior intellectu possibili, quæ id, quod in ea materiale est, a phantasmatibus abstrahatur. Et ideo magis proprie intellectus possibilis a superiori accipit, quam ab inferiori, cũ id quod ab inferiori est, non possit ab intellectu possibili accipi, nisi fm, qd accipit formam intelligibilitatis ab intellectu agente. Vel dicendum, quod inferiores vires quantum ad aliquid superiores sunt, maximè in uirtute agendi, & causandi, ex hoc ipso quod sunt propinquiores rebus exterioribus, quæ sunt causa, & mensura cognitionis nostræ. Et hinc est quod sensus nõ per se, sed fm quod est informatus specie rei sensibilis, ministrat imaginationem, & sic deinceps.

AD QUARTUM dicendum, qd fm Philosophum in 3. de Anima, intellectiua anima comparatur ad Phantasmatia sicut ad obiecta propria, vnde non solum indiget intellectus noster conuerti ad phantasmatia in acquirendo scientiam: sed etiam in vtendo scientia, acquisita: quod patet ex hoc quod si lædatur organum imaginatiuæ uirtutis, vt fit in freneticis, scientia prius acquisita, homo tunc vti non potest dum anima est in corpore: dictum autem Auic. intelligitur de anima a corpore separata, quæ habet alium modum intelligendi.

AD QUINTUM dicendum, qd imaginatiuæ uirtutis organum, & memoratiuæ, & cogitatiuæ est in ipso cerebro, quod est locus summæ humiditatis in corpore humano. Et idẽ pp abundantiam humiditatis, quæ est in pueris, magis impediuntur actus harum uirtutum, quam sensuum exteriorum. Intellectus autem accipit immediatè non a sensibus exterioribus, sed interioribus.

AD SEXTUM dicendum, qd quædam alia animalia naturaliter sunt siccæ complexionis, & id in principio

pio suæ natiuitatis non est in eis tanta humiditatis F abundancia, quæ multum actus sensuum interiorũ impediatur: homo autem naturaliter est temperatæ complexionis, & oportet quod in eo abundet calidum, & humidum. & ideo in principio suæ generationis oportet, quod proportionaliter in eo maior humiditas inueniatur. In omnibus.n. generationibus animalium, & plantarum principium ab humore sumitur.

AD SEPTIMUM dicendum, quod corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, non solum per impotentiam: sed per resistentiam, & obnubilationem. Sed corpus hominis in statu innocentie impediatur actus animæ solum propter imperfectionem virtutis, vel dispositionis.

QVÆSTIO XIX.

De cognitione animæ post mortem.

In duos articulos diuisa.

¶ Primo, utrum aia post mortem possit intelligere.

¶ Secundo, utrum anima separata possit cognoscere singularia.

ARTICVLVS PRIMVS.

Primum anima post mortem possit intelligere.

1. p. q. 89. a. 1



VÆSTIO Est de cognitione animæ post mortem, & primo queritur utrum anima post mortem possit intelligere. H

Et vsq̄ non. Nulla.n. operatio cõis animæ, & corpori potest remanere in anima post mortem: sed intelligere est operatio animæ corporique communis, dicit.n. Philosoph. in 1. de Anima, quod qui dicit animam intelligere, simile est ac si dicatur eam texere vel edificare. ergo anima post mortem non potest intelligere. Sed dicendum, quod Philosophus loquitur de actu intelligendi, qui competit animæ secundum statum inferiorum: non autem de illo, qui sibi competit secundum superiorem statum.

C6. 64. to. 2.

¶ 2 Contra, status superior animæ est secundum quem ad diuina conuertitur: sed homo cum aliquid intelligit ex diuina reuelatione, suum intelligere dependet a corpore: quia oportet, quod intelligere sit per conuersionem ad phantasmata, que in organo corporali sunt: vt.n. dicit Dion. 1. c. Cœli Hierat. impossibile est alter nobis lucere diuinum radium, nisi varietate factorum velaminum circumuelatum, & appellat velamina ipsas corporales formas, sub quibus spiritalia reuelantur. ergo intelligere, quod competit animæ secundum superiorem statum a corpore dependet, & sic nullo modo intelligere post mortem in anima manet.

Parum ante medium.

Glo. interlinearis ibi super illud, ne que habent vltra mercedem.

¶ 3 Præter. Eccl. 9. dicitur viuentes sciunt se esse mortuos: mortui vero non nouerunt amplius, glossa quæ non proficiunt amplius. ergo vsq̄ quod anima post mortem vel nihil cognoscat, si temporaliter sumatur ly amplius, vel quod saltem nihil possit intelligere eorum, quæ prius non intellexit, sic enim proficeret, quod est contra glossam.

C6. 39. to. 1.

¶ 4 Præter. Secundum Philosoph. in 3. de Anima, sicut se habet sensus ad sensibilia, sic se habet intellectus ad phantasmata: sed sensus nihil potest sentire nisi sensibilia ei represententur. ergo nec anima humana aliquid potest intelligere, nisi represententur ei phantasmata: sed non representantur ei post mortem, quia illa non representantur, nisi in aliquo organo corporali. ergo aia post mortem non potest intelligere.

Sed dicendum, quod Philosophus loquitur de anima secundum statum, quo est in corpore.

¶ 5 Sed contra, obiectum potentie determinatur secundum naturam ipsius potentie: sed eadem est natura animæ intellectiue ante mortem, & post. ergo si anima intellectiua ante mortem ordinatur ad phantasmata sicut ad obiecta, videtur quod etiam post mortem, & sic idem, quod prius.

¶ 6 Præter. Anima non potest intelligere, si ab ea potentia intellectiua remoueatur: sed post mortem potentia intellectiua, scilicet intellectus agens, & sensibilis non manent in anima. huiusmodi enim potentie competunt ei per unionem ad corpus: si enim non esset vnita corpori non haberet huiusmodi potentias: sicut nec angelus habet. ergo anima post mortem non potest intelligere.

¶ 7 Præter. Philosophus dicit in 1. de Anima, quod intelligere corrumpit quodam interius corruptio: illud autem interius de quo Philosophus loquitur, corrumpitur in morte. ergo intelligere post mortem non est.

¶ 8 Præter. Si aia post mortem intelligit, oportet quod intelligat per aliquam potentiam: quia omne quod agit, agit per potentiam actiua: & quod patitur, per potentiam passiuam. aut igitur per eandem potentiam quæ habuit in via, aut per aliam: si per aliam, tunc videtur quod quando a corpore separatur, nouæ potentie ei aggenerantur, quod non videtur esse probabile. Si autem per eandem, hoc iterum non videtur, cum potentia quas habet infini ei ex ratione vnionis ad corpus, quæ quidem vnio in morte cessat, ergo anima post mortem intelligere non potest.

¶ 9 Præter. Si potentia intellectiua in ipsa maneat, tunc manet solum secundum, quod fundatur in substantia animæ: aut si in quod comparatur ad actum, sed non in quod fundatur in substantia: quia si solum sic remaneret, tunc non posset intelligere aliud nisi se, nec iterum in quod comparatur ad actum: quia secundum quod comparatur ad actum, perficitur per habitus quos in corpore acquisiuit, qui quidem habitus a corpore dependent. ergo videtur, quod potentia intellectiua post mortem non remanet, & sic anima post mortem non intelligit.

¶ 10 Præter. Omne quod intelligitur, vel intelligitur per essentiam rei intelligentis, vel per essentiam rei intellectæ, vel per similitudinem rei intellectæ in intelligente existentem: sed non potest dici anima intelligat res solum per essentiam ipsius rei intellectæ, quia sic non intelligeret, nisi seipsum, & habitus, & alia quorum essentia præsentialiter sunt in ipsa. Similiter non potest dici, quod intelligat solum per essentiam sui intelligentis: quia si sic intelligeret alia a se, oporteret quod essentia sua esset exemplar aliarum rerum, sicut essentia diuina est exemplar omnium rerum, ratione cuius Deus intelligendo essentiam suam omnia alia intelligit: quod de anima dici non potest. similiter nec per similitudines rerum intellectarum in anima existentium: quia maxime videretur, quod intelligeret per species quas in corpore acquisiuit. nec potest dici, quod per eas solum intelligat: quia sic animæ puriorum, quæ nihil a sensibus acceperunt, nihil post mortem intelligerent. Ergo videtur, quod anima nullo modo post mortem possit intelligere. Si dicatur, quod cognoscat per species increatas:

¶ 11 Contra, quicquid est anima concreatam equaliter cõpetit ei existenti in corpore, & a corpore separata. si igitur animæ humanæ cõcreata sunt species, quibus